DIVI GREGORII NAZANZENI EPISCOPI THEOLOGI GRAECA quædam & sancta Carmina.

Cum Latina IOANNIS LANGI Silesij interpretatione.

Et eiusdem Ioan. Langi Poemata aliquot Christiana.

Quorum omnium Catalogum, Epistolam dedicatoriam sequens pagella continet.

Vas electionis & puteus profundus, os dico CHRISTI, GREGORIUM. Basilius Magnus.

BASILEAE, PER IOANNEM Oporinum. 1561

IOANNES LANGUS IOanni Oporino suo S. D.



Alde spero, humanißime & charißime Oporine, aliquando, & quidem breui fore, ut Iustinum meum typis tuis edas: impedimētis omnibus sublatis per gratiam Dei, quæ hucusq; obstitere, quo minus petitioni & expectationi nostræ satisfeceris. In præsentia ad te quædam mitto opuscula Græca beati Gregorij Theologi, cum interpretatione mea Latina. Quibus etiam nonnulla addidi Poemata mea: in quibus scribendis non aliud quidquā spectaui, quàm filij Dei, Domini nostri IESV CHRISTI gloriam, quæ à quibusdam religionis nostræ deformatorib. (reformatoribus, ut ipsis quidem uidetur, dicere debebam) in dubium uocatur. Propter quam gloriam Christi asserendam, Christianus quilibet quiduis & facere & pati debet. De Theologi carminibus imprimēdis, ut equidem puto, non deliberabis. Meos autem uersus, si probè perpenderis, uetustißimorum Patrum sententijs confirmatos, minimè quoq; improbabis. In eis, totius Christianismi Summam compendiosè exprimere studui. Et fieri potest, ut nonnullis quædam in illis paradoxa uideantur: non enim cuiuslibet, ut scis, est cognitio Christi simul, & Christianismi. Tuum uerò unius

 indicium

iudicium pluris facio, quàm multorum aliorum. Dabis ergo, pro humanitate & pietate tua, hoc mihi, imò ipsi filio Dei dabis, ut Opuscula huiusmodi quā primùm pulchrè & castigatè ex officina tua, siue Basiliensi, siue Heidelbergensi, edita in lucem progrediantur. Poteris diui Gregorij libellis, si uoles, subiungere tres illos antea à te editos Sententiarum spiritualiū codicillos. Exemplariū ad me proximo uere, Deo uolente, quātum tibi uisum fuerit mittes. Quòd si ipse fortè excudere libellos hosce non posses, da tamen obsecro operā, ut in alia istic apud uos publicentur officina. De editione quoq; Iustini mei, quæ tua sit uoluntas, ad me cum Sigismundo hoc nostro perscribe. De Centuria quarta Magdēburgensium, & opusculis Ioannis Lasconis, qui iam in Christo obdormiuit, te merito tuo amo, tibiq; ingentes ago gratias. Priores tres centurias hic non uidimus. De referenda tibi gratia, etiam atque etiam cogito. Sed profectò rationem nullam inuenire possum in his locis, tibi gratificandi. Animo itaq; meo contentus eris, mi Oporine: qui te auctum & honestum esse cupit. θεός σοι ὄλβια δώῃ. Vale.

Datum Suidniciæ, 18 Augusti. 1560.

CATALOGVS OPVSCVLOrum Gregorij Theologi, quæ in hoc libello continentur.

CATALOGVS IOAN. Langi Poematum.

IN

IN TOTVM HVNC LIBRVM IPSIVS BEATI Gregorij ad Christianum Lectorem Præfatio.



ἷον ἐμοὶ κλέαρ ἔσκεν ὀράσμιον,
οἷος ἀπ' ἄλλων
Γλοῦτος, θαλπωρὴ λησμοσυνής
καμάτων,
τῆς μεγάλης Τριάδος ξυνὸν σέ-
λας· ἣν ἀναφαίνων
ἄχρι καὶ ἀλλοδαπῶν ἤλυθον σὺν πατριδῶν.

ἠδ' ἄρ' ἐμὴ Τριὰς αὖθις ἀπὸ στομάτων ἀθεμίστων
τέμνεται, οὔτ' ἀγοραῖς, οὔτε χοροστασίαις.
καὶ πορνοὶ κρατέουσι λόγοι. τὸ δὲ φάσγανον, αἲ αἲ,
τίς θήξει φινεὲς πορνοφόνῳ παλάμῃ,
ζηλήμων ψυχήν τε καὶ οὔνομα; ἢ τίς ἀρήξει
δόγμασιν ἑβραίοις κλινομένοις ἀδίκως,
μωσῆς, ἐκ δ' ὀλέσας αἰγύπτιον αὐτίκα μῦθον,
λαῷ παρ μεγάλῳ κῦδος ἔχησι μέγα;
τίς μὲν ὅλην θεότητα μετὰ φρεσὶν ἧσι βάληται,
μηδὲν ὑποστέλλων τῆς μεγάλης Τριάδος;
ἠὲ νόῳ πυκινῷ τε καὶ εὐθενέεσι λόγοισι
ἀντιπάλων ἐπέων θυμὸν ἀποσκεδάσει;
τίς δὲ βελῶν καιροῖσιν ἀκαμπέα τοῖσιν ὀρύξει,
ἄτροπος ἐν λεπτοῖς κάρτεσιν ἱστάμενος;

μήδ' ὡς εὐρίποιο πολυπλάγκτοιο ῥέεθρον
τήνδε μετακλίνοι ἔνθα καὶ ἔνθα ῥέων;

αἴθε δέ μοι Τριὰς ἦεν ἀδήριτος, ἣν βελέεσσι
βάλλουσιν πυκινοῖς. ὦ Τριὰς ἴσχεο μόθον.
μηδὲν ἀθρήσειε κακὸς μόθος· ἀλλὰ μόγοισι
δὸς τέλος ἡμετέροις ἐσθλὸν ἀεξομένη.

INTERPRETATIO LANGI.

IN rebus duris, luctus solamen acerbi,
Vnum præsidium, spes fuit una mihi,
Communis splendor TRIADIS*: quã ritè professa*
Venit ad ignotas uox quoq; nostra plagas.

Nũc TRIADEM *sanctã rursum secat ore nefando,*
Inq; choro mystes, laicus inq; foro.
Stuprator regnat sermo. Stupricida quis, eheu,
Num. 25. *Hoc poterit Phinees ense piare scelus,*
Exod. 7. & cap. seq. *Non animo minus ingenti quàm nomine fidens?*
Aut quis subueniet gens Iudæa tibi,
Decretis pressæ iniustis? Aegyptia, Moses,
Qui iussa ostendat protinus esse nihil:
Et magno in populo laudem sibi cõparet amplam,
Exod. 7. *Niliaco & coram sit Pharaone deus?*
Corde suo quis'nam Deitatem amplectitur omnẽ,
Vt TRIADI *magnæ deterat ille nihil?*
Quis'ue inimicorum furialia uerba refellit,

Et sensu retinens robur & ore suum?
Aut quis dißidij constantem tempore seruat
Ambiguos inter, firmior ipse, fidem?
Vt non fluctiuagi nunc has, nunc rursus ad illas,
Euripi partes more subinde fluat?

O'mihi sit pacata TRIAS, *nunc undique telis*
Quam pulsant. bellũ supprime sancta TRIAS.
Dißidijs finem nostris impone quietum:
Sopitisq; malis optima quæque dato.

EX APOLOGETICO DIVI GREGORII THEOLOgi excerpta, & latinè uersibus inclusa, de dissidijs Ecclesiasticis: Oratio temporibus nostris admodum congruens.

PRAEFATIO LANGI.



Oncertent odijs alij de relligione,
Inq; uicem cæco per mutua uulnera bello
Strictis pugnantes calamis, sæuisq; libellis,
Crimina criminibus cumulent, opprobria probris:
Errore ancipiti quoniam prope Marte sub æquo
Iliacos intra muros peccatur & extra.

At mihi GREGORIO cū sancto, carmine uisum
Illius ex uerbis concepto, ritè precando
Sollicitare DEVM, placidamq; exposcere PACEM,
Vt det concordes animos, det consona uerba,
Dißidijs tandem positis ciuilibus, omnes
Ore uno ut Trinum laudemus NVMEN, & unum.

ORATIO S. GREGORII.



Τὸν μὲν ἔξωθεν οὐ δέδοικα πόλεμον, οὐδὲ τὸν νῦν ἐπαναστάντα θῆρα ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ τοῦ πονηροῦ πλήρωμα, κἂν πῦρ ἀπειλῇ, κἂν ξίφη, κἂν θῆρας, κἂν κρημνοὺς, κἂν βάραθρα, κἂν πάντων γένηται τῶν πώποτε μανέντων ἀπανθρωπότατος, κἂν ταῖς οὔσαις τιμωρίαις προσεξεύρῃ χαλεπωτέρας· ἓν ἔχω πρὸς πάντα φάρμακον, μίαν ὁδὸν εἰς νίκην· ἐν Χριστῷ καυχήσομαι τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατον. Πρὸς δὲ τὸν ἔνδοθεν πόλεμον, οὐκ ἔχω τίς γένωμαι, τίνα συμμαχίαν ἐξεύρω, τίνα λόγον σοφίας, τί χάρισμα, ποίαν πανοπλίαν πρὸς τὰς τοῦ πονηροῦ μεθοδείας ὁπλίσωμαι. τίς νικήσει τοῦτον; μωσῆς ἐκτείνας τὰς χεῖρας ἐπὶ τοῦ ὄρους, ἵν' ὁ σταυρὸς ἰσχύσῃ τυπούμενος καὶ προμηνυόμενος. τίς; ἰησοῦς μετὰ τοῦτον· τῷ ἀρχιστρατήγῳ τῶν θείων παρατάξεων συμπαραταττόμενος. τίς; Δαβίδ· ἢ ψάλλων, ἢ πολεμῶν ἐν σφενδόναις· καὶ ὑπὸ τοῦ θεοῦ περιεζωσμένος δύναμιν εἰς πόλεμον, καὶ τοὺς δακτύλους εἰς παράταξιν γυμναζόμενος. τίς; Σαμουήλ·

μουήλ·

μουὴλ· καὶ προσευχόμενος τοῦ λαοῦ, καὶ προθυόμενος, καὶ χρίων εἰς βασιλέα τὸν νικᾷν δυνάμενον. Τίς θρηνήσει ταῦτα πρὸς ἀξίαν; ἱερεμίας, θρήνους γράφων ὑπὲρ τοῦ ἰσραήλ. τίς βοήσεται; φεῖσαι κύριε τοῦ λαοῦ σου, καὶ μὴ δῷς τὴν κληρονομίαν σου εἰς ὄνειδος, τοῦ κατάρξαι αὐτῶν ἔθνη. Τίς περὶ ἡμῶν προσεύξεται; Νῶε, καὶ ἰὼβ, καὶ δανιήλ· οἱ συνευχόμενοι, καὶ συναριθμούμενοι· ἵνα κοπάσῃ μικρὸν ἡμῖν ὁ πόλεμος, ἵνα γενώμεθα ἡμῶν αὐτῶν, καὶ ἀλλήλους ποτὲ γνωρίσωμεν· ἵνα μηκέτι ὦμεν ἀνθ' ἑνὸς τοῦ ἰσραὴλ, καὶ ἰούδας καὶ ἰσραήλ· μηκέτι ῥοβοὰμ καὶ ἰεροβοὰμ, μηκέτι ἱερουσαλὴμ καὶ σαμάρεια, αἱ ἐν μέρει διὰ τὰς ἁμαρτίας παραδιδόμεναι, καὶ ἐν μέρει θρηνούμεναι.

INTERPRETATIO LANGI.

OMnia quod nobis impendens ſumma minatur,
Atrox, ſanguineum, externum non horreo bellum:
Nec me pallenti terret, trepidoq; pauore,
Hæc quæ perſequitur ſæuiſsima bellua cœtus
Sacratos CHRISTO, Satanæ ſuprema coronis,
Extremumq; implementum, colophonq; maligni:
Quamuis intentet gladios, ignesq;, ferasq;,
Præcipitesq; locos, undæq; barathra profundæ:
Cunctorum quamuis ſit crudeliſsimus, in nos

Hactenus

Hactenus Eumenidum stimulis crepitantibus acti
Immani qui sunt bacchati cæde tyranni,
Et noua supplicijs addat tormenta uetustis.
Hæc contra nobis una est medicina malorum,
Vna est quæ lætam donet uictoria palmam:
Ob Christum paßis ut sit sua gloria Christus.
Dißidium uerò internum, & ciuile duellum,
Omnem sollicito pellit de pectore mentem.
Non satis ipse scio quis sim, non unde dolori
Antidotum sumam uideo: sapientia nulla
Suppetit, & ratio: nec spirituale charisma
Iam restat nobis: nec qualibus induar armis,
Dæmonis inuenio insultus contra insidiosos,
Vafricie in primis & calliditate nocentis.
Hunc etenim quis'nam uincet? Moses'ne beatus?
Qui manibus paßis orans in uertice collis,
Innixus petræ, Christumq; ænigmate adumbrans,
Inuictum iam tum robur CRVCIS esse probauit,
Exod.17. Quo uirtus Amalech uno expugnanda ueniret,
Sanctorum aßidui seclis simul omnibus hostis.
Post MOSEN uerò quis'nam? Qui nomine & a-
Diuinis IOSVE uerum signauit IESVM: (ctis
Iosu.5. Archiducis nam militiæ cœlestis in armis
Coniungens aciem ipse suam, res Marte secundas
Geßit, ab innumeris præclara tropæa reportans
Hostibus insignis uictor. feliciter illi
Bellum succeßit sub nomine & omine IESV:

Quo

Quo sine non aliquam licet expectare salutem.
Quis'nã præterea? Dauid: seu carmina pangat, 1.Reg.16.
Seu torto pugnet Balearis uerbere fundæ. 17
Hunc uirtute sua Deus ad fera prælia cinxit,
Illiusq; manus sæuis exercuit armis. Psal.143
Quis deinceps? SAMVEL: sacris operatus ad a-
Omni pro populo suaues qui incẽdit odores, (ras, 1.Reg.7.
Et supplex precibus placauit Numinis iram: 10.16
Insuper & regem, qui uincere posset, inunxit.
Quis casum hunc lacrymis dignè deflebit amaris?
Tristis HIEREMIAS, luctu perculsus acerbo
Qui pro Iudæis carmen miserabile, Threnos,
Conscripsit plorans. Quis clara uoce sonabit,
Deposcens ueniam? Propius res aspice nostras Ioel.2
Christe Deus, plebi trepidanti parce benignus:
Parce pijs animis: nec nos patiare superbis
Hostibus opprobrium fieri, generiq; proteruo.
Non nobis, quæso, gentes dominentur atroces:
Qui tua turba sumus, populus tibi Christe dicatus.
Et quis pro nobis orabit? Ternio uatum
Sanctus priscorum, Noe, Iob, & Danielus: Ezech.14
Vno qui numero atq; loco censentur, & uno
Ore simul iuncti uotis communibus orant.
Scilicet ut nobis modicum sacra bella quiescant,
Quo nostri ipsorum iuris tandem esse queamus,
Atq; alios alij placido per mutua uultu
Alloquia agnoscant: ne, qui prius Israel unus

Semper

Semper erat uinclis sinceri iunctus amoris,
Amplius abrupto diuisi fœdere posthac
3.Reg.12 *Israel & Iudas conuictu separe simus.*
Amplius & Roboam ne simus, Hieroboamq;:
Ne sacræ simus Solymæ, & tellus Samaritis,
Numinis offensam propter, uitamq; nefandam,
In parteis fato quæ discessere sinistro,
In quibus & fato nunc complorantur eodem.

Samar. Hierusal. 2.Paral.12. 4.Reg.10.13. 17.21.23.25.

EX CARMINE LVCVLENTO DIVI GREGORII Theologi, de Virginitate, Egloga.

In qua cùm alia præclara multa, tum mysterium incarnationis filij Dei, & fructus eius clarè exponitur.



Οφρα δὲ καὶ δυὰς ἦεν ἐν ἀνθρώποισιν ἀρίστη,
καὶ γάμος, ἀνδρομένης γενεῆς φύσις, ἄλκαρ ὀλέθρου,
ὥσκεν ἀπολλυμένων τε καὶ ἐρχομένων μετόπισθεν
ἔλκηται μερόπων τρεπτὸν γένος· οἷα ῥέεθρον,
ἄστατον ἐκ θανάτοιο, καὶ ἱστάμενον τεκέεσσιν.
αὐτὰρ ἐπεὶ κόλποι τε καὶ οὔρεα πείρατα γαίης,
αὐτολίη

ἀντολίην τε δύσιν τε, νότου πλευρήν, βορέου τε
πλῆθον ἐφημερίων, ὕβριν δ' ἐξέρρεε ἰλὺς, (θεῖον,
καὶ πολλοῖσι πάρος παιδεύμασι πλάσμα δαμα-
γλώσσαις τε μνημοσύνῃσι, καὶ ὕδασι, καὶ πυρὸς ὄμβροις,
καὶ γραπτοῖο νόμοιο διδάγμασιν, ἠδὲ προφήταις,
οὐκ ἔθελε πρώτης κακίης ἄπο δεσμὰ τινάξαι,
ἀλλ' αἰεὶ στρεβλοῖσιν ἐν ἅμμασιν εἴχετο σαρκὸς,
μαχλοσύναις τε μέθαις τε καὶ εἰδώλοισι μεμηνὸς·
ὑστάτιον τοιοῦσδε φίλον γένος ἔμμορε τιμῆς,
νεύμασιν ἀθανάτοιο πατρὸς, καὶ ὄργμασι παιδὸς.

θεὸς, ὅσον βροτέῳ ἐνὶ σώματι κάτθετο μοίρης
οὐρανίης, λεύσσων κακίης ὑπὸ θυμοβόροιο (τα,
δαπτόμενον, σκολιόν τε βροτῶν μεδέοντα δράκον
ὤσκεν ἀναστήσειεν ἑὸν λάχος, οὐκέτι νοῦσον
ἄλλοισιν ἐφέηκεν ἀρηγόσιν· οὐ γὰρ ἐπαρκὲς (σας
τοῖς μεγάλοις παθέεσσι μικρὸν ἄκος. ἀλλὰ κενώ
ὃν κλέος, οὐράνιός τε καὶ ἄτροπος οὐρανίοιο
εἰκὼν, ἀνδρομέοις τε καὶ οὐ βροτέοισι νόμοισι
σεμνοῖς ἐν σπλάγχνοισιν ἀπειρογάμοιο γυναικὸς
σαρκωθεὶς· ὢ θάμβος ἀφαυροτάτοισιν ἄπιστον·
ἦλθε θεὸς θνητός τε, φύσεις δύο εἰς ἓν ἀγείρας· (σιν.
τὴν μὲν κευθομένην, τὴν δ' ἀμφαδίην μερόπεσ-
ὦν θεὸς ἣ μὲν ἔην, ἡδ' ὕστατον ἄμμιν ἐτύχθη,
τῆμος ὅτ' ἐν σπλάγχνοισι μίγη θεὸς ἀνδρομέοισιν,
εἷς θεὸς ἀμφοτέρωθεν· ἐπεὶ θεότητι κερασθεὶς,
καὶ βροτὸς ἐκ θεότητος ἄναξ καὶ χριστὸς ὑπέστη.
καινὴ δ' ἔπλετο μίξις, ἐπεὶ προτέρην ἀθέριξα.

πρῶτον

πρῶτον ἐγὼ πνοιῆς θείης λάχον· ὕστατιον δὲ
Χριστὸς ἐμὴν ψυχήν τε καὶ ἄψεα πάνθ' ὑπέδεκτο.
κεῖνον Ἀδὰμ τὸν πρόσθεν ἐλεύθερον, ὃς γυμνὸς ἦεν
ἀμπλακίης, πρὶν ὄφιν τε ἰδεῖν, καρποῦ τε πάσασθαι
καὶ θανάτου, θυμὸν δὲ νοήμασιν ἔτρεφεν ἁπλοῖς
οὐρανίοις, μύστης τε θεοῦ, θείων τε φαεινός,
τὸν μὲν ἀναπλάσσων βροτέην θεὸς ἐς φύσιν ἦλθεν,
ὥσπερ ἀεθλεύσας τε, καὶ ἐκ θανάτοιο φονῆα
νικήσας, γεῦσιν τε χολῇ, καὶ χεῖρας ἀθέσμους
ἥλοισι, σταυρῷ τε φυτὸν, καὶ ὕψει γαῖαν,
πρὸς ζωὴν παλίνορσον Ἀδὰμ καὶ κῦδος ἀνάξῃ·
πείρασι δ' ἁπλώσας ἱερὸν δέμας ὃν, βροτὸν αὐτὸς
ἐκ περάτων συνάγειρε, καὶ εἰς ἕνα δήσατο φῶτα,
καὶ μεγάλης θεότητος ἐν ἀγκοίνῃσιν ἔθηκεν,
αἵματι μὲν ἀμνοῖο μολύσματα πάντα καθήρας,
οἴμους δ' οὐρανίης θνητοῖς ἄγος ἔνθεν ἀείρας.
ὦ ἄνα· τίς δέ κε σεῖο νόον καὶ βένθος ἀνεύροι,
ὃς σταγόνων ὑετοῖο, καὶ ὃς ἁλίης ψαμάθοιο
εἶδας ἀριθμὸν ἅπαντα, καὶ ὃς ἀνέμοιο κελεύθους;
ὑψιμέδων, ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντα κυβερνᾷς,
αἰὼν ὅσσα κέκευθεν ἀπείριτος· ἐς δέ σε τείνων
νοῦς μερόπων, τυτθὸν λεύσσει σέλας, οἷα τάχιστα
ἀστεροπὴν φεύγουσαν ἀπ' ἠέρος. ἀλλὰ τόδ' ἔμπης
ἀτρεκὲς, ὡς παθέεσσι τεοῖς βροτὸν ἔνθεν ἀείρας
ἐς βίον ἄλλον, ἔθηκας ἐλεύθερον ἀντὶ κακοῖο.
πρόσθε μὲν ὠδίνεσκε βίος, καὶ κόσμος ὄρωρε,
καὶ χθονίων βασιλῆα πολὺς ἀμφίστατο λαὸς,

οὓς μεγάλου βασιλῆος ἀφήρπασε κυδοσύνῃσι·
νῦν δ᾽ αὐτῆς κακίης ῥιζὸς ἄπο χειρὸς ὀρύσσας,
ἂψ ἀνάγει πρὸς ἄνακτα μέγαν, καὶ κόσμον ἀρείω.
κεῖνο γάμος μερόπεσσι, τόδ᾽ ἀζυγίη θεοειδής·
κόσμος ὁ μὲν γαίης, ὃδ᾽ οὐρανίοιο θεοῖο.

INTERPRETATIO LATINA.

Matrimonium duorum post primos parentes paradiso exactos institutum à Deo.

Optima tunc hominum cõiunctio uisa duorũ,
Connubium, gentisq; parẽs, medicinaq; fati:
His ut defunctis, atq; his orientibus, usque
Fluxum duraret hominum genus, amnis ad instar
Decurrens obitu, persistens posteritate.

Genus humanum uarijs à Deo plagis propter impietatem mulctatũ : & per legem atq; prophetas ad ueram religionem excitatum.

At postquam terræq; sinus, finesq; patentes,
Eurus quà, Zephyrus'ue, aut flat Boreas'ue Notus'ue,
Gens nostra impleuit, limusq; efferbuit æstu
Peccati: grauibusq; modis homo doctus abundè,
Linguis dissectis, undis atq; imbribus igneis,
Et legis scriptæ tabulis, & carmine uatum,
Criminis haud potuit primi depellere uincla:
Sed carnis neruo obstrictus, nexuq; potenti,
Stupris & uino indulsit, cultuq; deorum:

Hebr. 1 *Postremò hunc tandem gens chara inuenit honorem*
Aeterni nutu Patris, & munere Gnati.

Redemptio & restitutio in integrum generis humani, per filium Dei corporatum.

Nam Deus, humano cœlestem in corpore partem
Depositam cernens uiciorum sordibus usque
Corrumpi, atq; hominem sæuo seruire draconi,
Vt sortem ipse suam assereret, non amplius ulli
Hanc morbi curam commisit. Maxima nanq;
Non tollit medicina leuis mala. Numinis ergo
Submittens decus immutabilis, æthereusq;,
Aetherei effigies, hominum sub lege creatus,
Non hominum de more tamen, caro matris ab aluo
Virginis intactæ, sancta: (mirabile dictu,
Credere quod nequeant infirmi) prodijt idem
Et Deus, & mortalis Homo: dum iungit in unum
Naturam geminã: hanc manifestam, illamq; latentem
Qua Deus usque fuit: nobis aliam ille recepit,
Visceribus Deus humanis cùm conciperetur:
Vnus utrinq; Deus: rex Christus numine mixtus,
Eq; Deo mortalis homo sic subsistit ipse.
Mixtio quippe recens.-

Progressus est Deus, cum assumptione, unum ex duobus cõtrarijs, carne & spiritu: quorum alterum quidem deificauit, alterum uerò deificatum est. O mixtionem nouam: ò inopinabilem temperaturam. Gregorius Theologus in homil. Paschal.

Vnio ista diuinæ & humanæ naturæ, in una persona

sona Christi piè & cautè est retinēda, per fidem rectam: ne uel naturarum confusio, alterius'ue abolitio (quæ Eutychianorum & Dimeritarum est hæresis) uel diuisio earūdem (quod Nestorianorū est) introducatur. Cum utrisq; hisce, opinor, hæreticis, eorum'ue decessoribus, idem Greg. in eadē homil. ad hūc agit modū: Quòd quidem (ô hæretice) passus sit filius Dei corporatus, in rationē deducis: sed quòd sua sponte passus sit, non addis. Qualia nunc quoque patitur uerbum, eo quòd ab his quidem ut Deus honoratur & coūgitur (συναλείφεται, quasi ungens Deitas humanitatem unctam aboleuerit) ab alijs uerò tanquam caro (nūc porrò magis tanquam creatura) dehonestatur & secernitur. Quibus id irascatur, seu quibus potius ignoscat magis? contrahētibus'ne perperā, an dissecantibus? Nam & illos discernere, & hos coniungere oportuit: illos numero, hos Deitate. Impingis in carnē: idem faciunt Iudæi. An & Samaritanum appellas? Id quod sequitur, tacebo. Nō credis Deitati. Hoc ne dæmones quidem fecerunt. O te & dæmonibus infideliorē, & Iudæis iniquiorem. Illi nanq; Filij appellationem, cohonestamenti (ὁμοτιμίας) uocem esse arbitrati sunt: isti autem propellentem Deū sciuerunt. ex eo enim quod patiebātur, persuasi sunt. Tu autē neq; æqualitatem suscipis, (ἰσότητα) neq; confiteris deitatem. Præstiterat tibi, ut circūciderere, & dæmonijs agitarere: (ut aliquid quoq; ridiculè dicam) quàm in præputio & sanitate tam malignè & impiè (ἀθέως) affectum esse. At enim bellum aduersus illos aut soluatur, serius tandem aliquando ad rectum sensum peruenturos, si quidē uoluerint: aut differatur, si noluerint, & ita

habere (ut habēt) perrexerint. Nos nihil metuemus, pro Trinitate cum Trinitate decertantes. Hæc uerba uiri magni & Theologi sancti bene considerare deberent, qui carnem Christi gloriosam, creaturam esse asserunt & contendunt, &c.

-Primam nam spreuimus ultro.

Primùm ego diuinam sum auram sortitus: at ipse
Nostram animam Christus tādem, corpusq; recepit.

Status Adæ ante lapsum.
Pœna peccati.
Fructus & utilitas mortis Christi.

Primum illum iuris proprij quandoq;, priusquam
Suspiciens colubrum fructum libaret, & inde
Aeternam mortem (prò præmia dira) referret,
Simplicibus uisis mentem æthereisq; fouentem,
Nempe Dei mystam sacris in rebus Adamum:
Hunc asserturus, nostros Deus induit artus,
Cædem, decertans, homicidæ, ut morte piaret:
Gustum felle, manus clauis superaret iniquas:
Et lignum, cruce: tellurem, sublatus in altumm,
Et uitæ ac decori rediuiuum inferret Adamu.
Ioan.12 *Sic ille ad fines extensus membra quaternos,*
Finibus è cunctis homines collegit, in unum
Mortalem cogens, & magni numinis ulnis
Imponens, agni innocui, scelus omne, cruore
Sustulit, & nobis altum patefecit olympum:
Omni sublato, sacro de calle, piaclo.

Occultum iudicium Dei, imperuestigabile.

Reuelata & manifestata eiusdem de redemptione hominis uoluntas.

O' rex, quis sensumq́; tuum, mentemq́; profundam
Inquirat? trames cui flantis in aere uenti,
Imbris cui guttæ, & numerus perspectus harenæ: Rom.11
Consilij' ue tui uestigia tecta reuoluat? 1.Cor.2
Omnipotens, qui cuncta uides, & cuncta gubernas, Esa.40 Sap.9
Quæ seclum premit immensum. tibi dedita paruum
Vix cernit mens nostra iubar, ceu fulguris ignem
Continuò fugientis in aere. Certius isto
Nihil tamē est, hominē tua quòd mors reddidit ægra
Vita ex hac uitæ sublatum liberiori. Ioan.6

Liberatio hominis ex potestate principis huius mundi.

Coniugium terrenum.

Virginitas cœlestis.

Mundus humi uarios antehac, & uita labores
Pertulit: & terræ regem plebs multa sequuta est,
Fraudibus à magno seducti rege dolosis.
At nunc assertos uicij de iure maligni, Luc.11
Ad regemq́; suum Christus, mundumq́; reduxit. Ioan.12.16
Illud coniugij est, at uitæ cœlibis istud:
Hic terræ mundus, diuini numinis iste.

EX CARMINE DIVI GREGORII DE REBVS suis, Ecloga.

Difficile esse, & periculosum, hominem Ecclesiastici ordinis, sub pietatis etiam nomine, negocijs secularibus implicari.



Οὺς μὲν ἐγὼ ποιμένων τε καὶ ἀμφιέ-
πων μογέοντας,
ἐλπωρῇσιν ἔθαλπον ἐμὸν νόον, ὥς τι
φέριστον (ἄρα κεῖνο
ἐκτελέων, φύσιός τε φέρω χρέος· ἦν δ᾽
ἀτρεκὲς, ὡς ἀλιτροῖς πλείη ὁδός ἐστι βερέθρων·
ὁππότε δὴ καὶ ἐμοὶ κακὸν ἤλυθεν ἐξ ἀγαθοῖο.
καὶ γάρ τοι πυκιναί με καὶ ἀργαλέαι μελεδῶνες,
βοσκόμεναι ψυχήν τε καὶ ἄλγεα νύκτα καὶ ἦμαρ,
οὐρανόθεν κατάγουσιν ἐπὶ χθόνα, μητέρ᾽ ἐμοῖο.
πρῶτον μὲν δημώεσσιν ἀνασσέμεν, οἷον ὀλέθρου
δείκνυον· οἱ πικροὺς μὲν ἀεὶ φυγέουσιν ἄνακτας,
τοὺς δ᾽ ἱεροὺς πατέουσιν ἀναιδέες· οὔτε κακοῖσιν
ἤπιοι, οὔτ᾽ ἀγαθοῖς σύμπειθέες· ἀμφοτέροις δὲ
κέντρα χόλου πνείοντες ὑπὲρ νόον. αὐτὰρ ἔπειτα
κτῆσιν τ᾽ ἀμφιέπειν, καὶ καίσαρος ἄχθος ἐπ᾽ ὤμων
αἰὲν ἔχειν, πρακτορίην τε φορεῖν πρηκτῆρος ὁμοκλήν·
δεσμὸς γὰρ μερόπεσσιν ἐλεύθερον ἦμαρ ἀτίζει,
ἑσσόμενος κρατέεσσι, πέδη δ᾽ ἐπὶ χείλεσι κεῖται.
ἀμφί τε πληθούσης ἀγορῆς θρόον ἠδὲ βοώντων
ὑψηλοὺς

ὑψηλοῖς θνητῇσι δικασπολίῃσι μέλοντας
στρωφᾶσθαι, ῥήτρας τε φορεῖν κλόνον ἀντιπάλοισιν.
ἠδὲ νόμου στρεπτῇσιν ἐν ἄρκυσιν ἄλγεα πάσχειν,
ἔνθα πόνος τε μόθος τε, κακοὶ δέ τε πλεῖον ἔχουσιν
ἐσθλῶν, οἱ δὲ νόμων ἐπιτάρροθοι ἀμφοτέροισιν
ὤνιοι. ἢν δὲ κακός τις ἔχοι πλέον, οὗτος ἄριστος.
Τίς κεν ψεύδεα πολλὰ, δολοπλοκίας τ᾽ ἀλέοιτο,
νόσφι θεοῦ τοιοῖσδε μετ᾽ ἀνδράσιν; ἦ γὰρ ἀνάγκη,
προστροπάδην φεύγοντα κακοῖς ἀπὸ πάντα τινάξαι,
ἠὲ καὶ ἀμπλακίῃσι μελαίνεσθαι φίλον ἦτορ·
ὥστε πυρὸς μαλεροῖο κακῇ πελάσοντας ἀϋτμῇ,
ἢ πυρὸς, ἠὲ καπνοῦ σημήϊα λυγρὰ φέροντας.

LATINA INTERPRETATIO.

AErumnis pressos duris in limine uitæ
Summo, dum charos foueo curoq́; parentes,
Hoc me solatus studio sanctoq́; pioq́;,
Debita quòd ferrem naturæ munera: uerum
Esse illud reperi, sceleratis usque refertam
Esse uiam, uastò quem suscipit ore barathrum,
Et mihi quando malo bona iacturæq́; fuere.
Nam simul & mentem & corpus noctuq́; diuq́;
Solicitudo, graui depascens anxia cura,
In terram summo me traxit ab æthere matrem.
Primùm etenim famulos moderari, perniciosi
Instar habet laquei. Dominos nam odere seueros,

Proculcant ſine fronte ſacros: non acribus æqui,
Mitibus infidi: ſuprà quàm par ſit, utriſque
Iræ ſpirantes ſtimulos. Rem deinde paternam
Procurare domi, atq; humeris onus uſq; moleſtum
Cæſaris, & duras ſimul exactoris auari
Ferre minas. Libertatem locupletibus aufert
Penſio namq;, comes lautæ certiſſima ſortis,
Atq; hominis linguam ſeruili compede frenat.
Tum uerò circum ſubſellia iudicis alta,
In media uerſantem hominum turba atq; tumultu,
Iuribus aduerſis cauſas tractare forenſes,
Implicitumq́; plagis legum, quas flectere mos eſt
Huc illuc tortas, ſtudio ſudare maligno,
Hic opus, hic labor eſt. malus hic præfertur honeſto,
Hic iuris cuſtos reſidet uenalis utrique.
Iniuſtus ſi fors habeat plus, optimus hic eſt.
Hic quis tot fugiat fraudes, technasq́; doloſas,
Moribus hiſce, Deo ſine præſide? nanq; neceſſe eſt,
Vel prauis prorſus fugientem linquere cuncta,
Vel pia delictis maculari pectora diris:
Fumantis ueluti ſi adeas incendia flammæ,
Aut flammæ aut fumi ſigna exitioſa referre.

FVGIENDVM EX AEGYPTO
& Babylone, in terram ſanctam.

φ εύγειν αἰγύπτοιο μέλαν πέδον, ὄργιά τε πικρὰ,
κ αὶ φαραὼ βασιλῆα· πάτρην δ' ἐπὶ θεῖαν ὁδεύειν.

μὴ δὲ

μὴ δὲ μενειν βαβυλῶνος ἐπὶ κραναοῖς πεδίοισι
Δυειαλῆς, ὀχθῇσι παρεζόμενος ποταμοῖο,
ᾠδῆς ὄργανα πάντα παρακλίνας ἀτίνακτα
Δακρυόεις, πεύθειν δ' ἰσρῆς ἐπὶ τέρματα γαίης·
δύλιον ἀοσυρίνθε φυγὼν ζυγὸν, ὃς πρὶν ἔτειρε,
καὶ νηοῦ μεγάλοιο θεμείλια χερσὶ βαλέσθαι.
τὴν μὲν ἐγὼ πανάποτμος ἐπεὶ λίπον, ὃ ποτ' ἔληξα
ἱμείρων, χαλεπὸν δὲ πάθος κατὰ γῆρας ἔχουσι.

Nigrantem Aegypti terram fuge, factaq; acerba,
Et Pharaon regem: patriamq; inquire supernam.
Nec libeat duris captum Babylonis in aruis
Degere, & umbrosis fluuij considere ripis,
Et tacitis nixum cum luctu plangere nablis:
Assyriæq; iugum dominæ seruile relinquens,
Ad fines properè terræ contende sacratæ,
Vt iacias magni manibus fundamina Templi.
Hanc ego desertam semel usq; atq; usq; requirens
Dum doleo, misero subrepsit cana senectus.

SODOMA FVGIENDA, ET
in montem Domini properandum.

Κεῖνος δ' ἐστὶν ἄριστος, ὃς ἰθεῖαν ὁδὸν ἕλκει,
οὐδὲ μεταστρέφεται σοδόμων ἐπὶ τέφραν ἐρήμην,
ἣν διὰ μαργοσύνην ξείνῳ πυρὶ δηωθέντων.
φεύγει δ' ἐσσυμένως ἐς ὄρος, πάτρης τε λέληςται,
μὴ μῦθος καὶ λᾶας ἁλὸς μετόπισθε λίπηται.

Optimus est, recto qui uitæ tramite currit:

Nec Sodomæ cineres solos respectat, ab igne
Insolito uastæ, probrosos propter amores:
Sed patriæ oblitus, contendit ad ardua montis,
Ne truncus fiat salis, & mala fabula uulgo.

EIVSDEM DIVI GREGORII, AD REVERENDISsimos Episcopos & sacrum Clerum, de cõfusione Ecclesiastici ordinis, grauis obiurgatio.

PRAEFATIO LANGI.



Resbyteri, populo qui cũ curaq; fideq;
Præsunt, exẽplo morũ uitæq; nitentes,
1.Tim.5 *Et qui in diuino in primis sermone laborant,*
Iure suo & merito duplici obseruantur honore.
Matth.5 *Esse salem terræ sapidum, & sua lumina mundo*
Quos uoluit Christus: quos diui pagina Pauli,
Ad Tim.& *Munia pastoris describens sacra fidelis,*
Tit.&c. *Illius & memorans titulos sanctosq; labores,*
Officijs onerat multis, & honoribus auctat:
Id quod priscorum faciunt quoq; carmina uatum.
Ignati qualis, qualis Polycarpe fuisti,
Et cum Irenæo lingua Cypriane diserta.
Qualis & Augustine pater, pater atq; Cyrille,

Turbaq; doctorum Græca atq; Latina piorum:
Quos uirtute ſua ſanctus ita Spiritus egit,
Roreq; cœleſti diuinum chriſma perunxit,
Quilibet ut factis & dictis integer eſſet:
Officiumq; ſuum, cuius ſibi cura fuiſſet
Commendata, gregiq;, gregis Dominoq; probaret.
Moribus hæc olim ſic obtinuere uetuſtis.
Presbyteri ſed quid noſtri? Se munere functos
Eſſe ſuo credunt, titulos & nomina tantùm
Sacra ſacerdotum modò ſi prætendere poßint:
Securi prorſus ſancti pleriq; laboris.
Nam pauci ad ſtudium ueræ pietatis anhelant,
Præſenti addicti ſeclo, rebusq; caducis.
Hos ſi de uita quis percontetur honeſta, Matth. 23
Antiquam Moſæ ſibi protinus ille cathedram
Audiat opponi, uicium ipſorum omne tegentem,
Vt ſibi iudicio malè perſuaſere neſando.
Audiat & ſonitu mox, Donatiſta, feroci,
Quærere quòd fuerit ſacris de moribus auſus:
Nec ſatis eſt illis iam contradicere tutum.
Ergo Gregorius, de ſanctis patribus unus,
Pluribus eſt iſtis ſubdelegandus: ut illi
Ordine de ſacro, & ſanctis de rebus agenti
Exhibeant aures tacitas, mentemq; benignam.
Cuius momentum cùm habeat ſentẽtia magnum,
Ni concepta meo me fallit opinio corde,
Non poterunt illi obſequiumq; fidemq; negare.

ORATIO SEV OBIVRGATIO GREGORII.

Ὦ θυσίας πέμποντες ἀναιμάκτους ἱερῆες,
ὦ ψυχῶν ταμίαι μεγακύδεες, ὦ μεγάλοιο
πλάσμα θεοῦ χείρεσσιν ἐν ὑμετέρῃσι φέροντες,
ὦ θεὸν ἀνθρώποισι μέγ' ἔξοχον εἰς ἓν ἄγοντες,
ὦ κόσμοιο θέμεθλα, βίου φάος, ἕρμα λόγοιο,
μυστοπόλοι ζωῆς ἀτελευτήτοιο φαεινῆς,
χριστοφόροι, θώκοισιν ἐνεδριόωντες ἀρίστοις,
ὑψηλοὶ, θεάτροισι γεγηθότες εὐπρεπέεσσι,
σκηνοβάται, κώλοισιν ἐφεσταότες ξυλίνοισιν,
ἀδρανέως χάσκοντες ἐν ἀλλοτρίοισι προσώποις·
εὐσεβίης ὅσα δ' ἐντὸς, ὁμοίια πᾶσιν ἔχοντες.
ὑμεῖς μὲν παίζοιτε, τά πὲρ καὶ παίζετ' ἀεικῶς·
ἢ σοβαρὸν φθέγγοισθε, τὰ δ' ἔρδετε, ὡς μάλ' ἐλαφρά.
αὐτὰρ ἐγὼν, εἰ καί με κακὸν ἢ ἀνάρσιον ἄνδρα
πάντες ὁμοῦ θεῖτε, χοροῦ δ' ἀποτῆλε δίοισθε
ὑμετέρου, βάλλοντες ἐπασσυτέροισιν ὀϊστοῖς
ἀμφαδίοις, κρυπτοῖς τε, τόπερ καὶ φίλτερον ὑμῖν·
ἀλλ' ἔμπης τά με θυμὸς ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει,
φθέγξομαι, οὐκ ἐθέλων μὲν, ἀτὰρ λόγον ἔνδοθε ῥήξω
ψυχῆς· ὡς ὅτε κῦμα βιώμενον ἔνδοθι λάβρῳ
πνεύματι, καὶ σύραγγας ὑποτρέχον, οὐκ ἐπίοπτα
καχλάζει, καί πού τι διεκπίπτει δαπέδοιο
ῥηγνυμένης ὠδῖνος ἀνὰ στόμα· τοῖα πέπονθα,
οὐ δύναμαι χαδέειν ἐντὸς χόλον. ἀλλὰ δέχεσθε,
εἴ τινα καὶ δακέθυμον ὁρῶ λόγον, ὃν ἀνίης

φάρμακον

φαρμακὸν ἄλγεός ἐστι καὶ ἠέρι μῦθον ἐνισπεῖν.

σῶμα μέγα χριστοῖο, τὸ τίμιον εὖχος ἄνακτος,
λαὸς ὅλης γαίης βασιλήϊος, ἔθνος ἄπιστον
κεῖν' ὅτε κεῖν'· νῦν αὖτε θεοῦ κτέαρ ἔνθα καὶ ἔνθα
σείεται, οἷά τε κῦμα πολυσμαράγοιο θαλάσσης,
ἠὲ φυτὸν ζαμενέσσι τινασσόμενον ἀνέμοισι.

λαὸς ὅδ', ᾧ Θεὸς ἦλθεν ἀπ' οὐρανίοιο θοώκου,
κῦδος ἑὸν θνητοῖσιν ἐνὶ σπλάγχνοισι κενώσας,
καὶ μίχθη μερόπεσσι, θεὸς βροτὸς εἰς ἓν ἀγερθείς,
καὶ μέγαν ὦνον ἔδωκε παθὼν δέμας, αἷμά τε θεῖον
ῥύσιον ἡμετέρης κακίης χέεν· ἄλλά τε πολλὰ
θύματα, τοὺς μετέπειτα λόγον σπείραντας ἅπασι,
καὶ γλυκεροῦ θανάτοιο πικρῆς χοροὺς ἀντιάσαντας,
ὥστε λόγῳ τίσωσι λόγον θεὸν, αἵματι δ' αἷμα.

τίς δονέει τόδε σῶμα; πόθεν τόσον ἄχθος ἔμοι γε;
πῶς μιν ἡ σκοτόεσσα τόσον κλέος ἀμφεκάλυψε;
πῶς δέ τε σῦς μονόφορβος ἐμὴν δηλήσατ' ἀλωήν;
λυσσήεις, κακοεργὸς, ἐπεὶ μερόπεσσι μεγαίρων,
ἐξέτι τοῦ, ὅτε πρῶτον ἀδὰμ βάλεν ἐκ παραδείσου,
ζωῆς τ' ἀθανάτου κλέψας δηλήμονι καρπῷ,
καὶ πολλοῖς κρατεροῖς τε τινάγμασιν αἰὲν ἀτίζων·
οὐ σθένεν, ὡς ποθέεσκεν, ὅλον γένος οἷσι δόλοισι
γνὺξ βαλέειν. σπινθὴρ δὲ λόγου καὶ πυρσὸς ἀερθεὶς,
Πᾶσαν ἐπέδραμε γαῖαν ἀοίδιμος. οἱ δὲ διῶκται,
καὶ πλέον ἐστήριξαν ἀεθλοφέροισι παγέντες.

δεύτερον εὕρατο μῆχος ἐπίκλοπον, ὡς στρατὸν ἔγνω
καρτερὸν, ἠγητῆρσιν ὀλοίϊον ἔμβαλεν ἔχθος.

καὶ

καὶ γὰρ ἀγοῦ πίπτοντος, ὅλος στρατὸς ἐς χθόνα νεύει·
ποντοπόρον δέ τε νῆα κακὸς περικύιξεν ἀήτης,
ἢ σκοπέλοισιν ἔαξε κυβερνητῆρος ἄτερθεν.
ὣς ἢ δόμους τε πόλεις τε, χοροὺς, βόας, ἅρματα, πῶυ
βλάψεν ἀϊδρείῃ σημάντορος. εἰδόσι, μῦθος,
ἡμετέρην κακίην, ὁπόσοι λαοῖο πρόεδροι.

πρόσθε μὲν ἀνδροφόνοισι φυγῆς πτολίεθρα τέτακτο,
καὶ χῶρός τις ἔην ἀποπομπαίοις θυέεσσι,
καί τις καὶ πικρίης καὶ αἵματος, ὑστατίοισιν
ἤμασιν ὃν Χριστοῖο κακόφρονες ἐξεκένωσαν,
μισθὸν ἀτιμήτοιο κακὸν καὶ τυτθὸν ἔχοντες·
οὔτι μὲν ἐξ ἀέκοντος· ἐπεὶ θεός ἐστιν ἄληπτος
χείρεσιν, οὐδ' ἐθέλησιν. ἀτὰρ γε μὲν ἐξεκένωσαν.

νῦν δ' ἕνα χῶρον ἴσασιν ἀτασθαλίης τε, μόρου τε
πάντες, ὅσοι ξεῖνοί τε, καὶ ἕρκεος ἡμετέροιο.
τὸ σεπτὸν τὸ πάροιθε σοφῶν ἕδος, ἕρκος ἀρίστων,
βῆμα τόδ' ἀγγελικῇσι χοροστασίῃσι τεθηλὸς,
κιγκλίδα τὴν μεσάτην κόσμων δύο· τοῦ τε μένοντος,
τοῦ τε παραιπταμένοιο· θεῶν ὅρον ἡμερίων τε,
ἦν ὅτε ἦν· νῦν αὖτε γελοίϊον, ἦν ἵνα πᾶσιν
ἐντὸς ἀκληΐστοιο θύρης δρόμος. ὡς δοκέω μοι
κήρυκος βοόωντος ἐνὶ μεσάτοισιν ἀκούειν.

δεῦρ' ἴθ' ὅσοι κακίης ἐπιβήτορες, αἴσχεα φωτῶν,
γάστορες, ἐρυγγάνοντες, ἀναιδέες, ὀφρυόεντες,
ζωροπόται, πλαγκτοί, φιλοκέρτομοι, ἁβροχίτωνες,
ψεῦσταί θ', ὑβρισταί τε θοῶς ἐπίορκον ὀμοῦντες,
δημοβόροι, κτεάτεσσιν ἐπ' ἀλλοτρίοισιν ἀάπτους
βάλλοντες


βάλλοντες παλάμας, φθονεροὶ, δολόεντες, ἄπιστοι,
θῶπες ἐρισθενέων χθαμαλοὶ, χθαμαλοῖσι λέοντες,
ἀμφίθετοι, καιροῖο πολυτρέπτου θεράποντες,
πουλύποδες πέτρῃσιν ἐειδόμενοι χρόα μύθῳ,
ἀρτίγαμοι, ζείοντες, ἔτι χνοάοντες ἴουλον,
ἢ κλέπται φυσικοῖο πυρὸς, φαέεσιν ἔχοντες
κερίνην φιλότητα· ὅτ' ἀμφαδίην ἀλέκωθε,
νήϊδες οὐρανίων, νεολαμπέες, αἰθαλόεντες
πνεύματι αἰγλήεντι, συνερχομένης κακότητος.
Δεῦρ' ἴτε, δεξιτερῇσι νέους κλίνοιτε τεόντας.
(πᾶσι προφρονέως καὶ μὴ ποθέουσι τέτανται)
μάννα πάλιν, ξυνὸς ὄμβρος· ἅπας κόλποισι λέγοιτε,
ἐς πλέον, ὅς τ' ἐπιδευὲς, ἐμὴν χάριν. εἰ δ' ἐθέλοιτε,
μὴ δ' ἁγίου φείδοισθε θεουδέος ἤματος ἀργοῦ,
ἢ τάχα καὶ παλάμῃσιν ἐν ἀπλήστοισι πύθοιτο.
ξυνὸς μὲν πάντεσσιν ἀὴρ, ξυνὴ δέ τε γαῖα,
ξυνὸς δ' οὐρανὸς εὐρὺς, ἅτ' οὐρανὸς ὄμμασι φαίνει.
ξυνὴ δ' αὖ πόντοιο χάρις, ξυνοί τε θόωκοι.
θαῦμα μέγ'· οὐδὲ σαοὺλ χαρίτος ξυνὸς, ἀλλ' ὑποφήτης.
μή τέ τις οὖν ἀροτὴρ, μὴ τέκτων, μὴ σκυτοεργὸς,
μὴ θήρην μεθέπων, μήτ' ἔμπυρον ἔργον ἐλαύνων
τῆλε μένοι, μή δ' ἄλλον ἔχοι σημάντορα θεῖον.
κρεῖσσον γὰρ κρατέειν, ἠὲ κρατέοντι πιθέσθαι.
ἀλλ' ὃ μὲν ἐκ χειρῶν πέλεκυν μέγαν, ὃς δ' ἄρ' ἐχέ-
ρίψας, ὃς δὲ δορὴν, ὃς δ' ἄγρεα, ὃς δὲ πυράγρην, (τλῆν
ἔνθα δ' ἴοι, θείην δὲ περιθλίβοισθε τράπεζαν,
στεινόμενοι, στεινοῦντες· ὃ δ' ἄλκιμος ἄλλον ἐλαύνοι,

πολλάκι

πολλάκι καὶ τὸν ἄριστον ἐνιδρώσαντα θρόνοισι
γηραιὸν, σαρκεσσι τετρυμένον, οὐρανοφοίτην,
κόσμον ἀτιμάζοντα, Θεοῦ μέτα μοῖραν ἔχοντα,
καὶ νέκυν ἐν ζωοῖσι, θυηπόλον ἐσθλὸν ἄνακτος.
εἰκὼ μέν τις ἔγραψεν ἀπ᾽ εἰκόνος ἀρχετύποιο
στησάμενος προπάροιθε, πίναξ δ᾽ ὑπεδέξατο μορφήν.
ὑμᾶς δ᾽ εἰσορόων τις, ἐναντίον οἶμον ὁδεύοι,
καὶ τόδε μοῦνον ὄνειαρ ἀφ᾽ ὑμετέρης κακότητος.
κῆρυξ μὲν δὴ τοῖα θεηπνοος. αὐτὰρ ἔγωγε
δείδια μὲν μωσῆος ἀγακλέος, οἷον ἄκουσα,
ὃς μοῦνος νεφέλης εἴσω Θεὸν ἔδρακεν αὐτήν.
τοὺς δ᾽ ἄλλους ἐκέλευσεν ὑπὸ προπόδεσσι μένοντας,
ἁγνοτάτους ἁγνοῖσιν ἐν εἵμασι καὶ τρομέοντας
μούνης εἰσαΐειν θείης ὀπός· οὐ γὰρ ἄμεινον,
οὐδ᾽ αὐτοῖς θήρεσσι πατεῖν πέδον οὐρανίοιο,
μὴ καὶ ῥηγνυμένοισιν ὑπὸ σκοπέλοισι δαμεῖεν.
Δείδια δ᾽ αὖ παίδων Ἀαρὼν μόρον, οἵ ῥα θυηλὰς
θέντες ἐπὶ ξείνοιο πυρὸς ξείνως καὶ ὄλοντο.
αὐτίκα καὶ θυέων χῶρος θανάτοιο τελέσθη·
καὶ παῖδές περ ἐόντ᾽ Ἀαρὼν μεγάλοιο, δάμασθεν.
ὣς δὲ καὶ Ἠλείδῃσιν ἐπέγραε λυγρὸς ὄλεθρος·
Ἠλείδαις, ὅτι μάργον ἔχον νόον· οὐ γὰρ ἔβαλλον
οὐχ ἱερὰς παλάμας ἱερῶν καθύπερθε λεβήτων.
οὐδὲ μὲν οὐδ᾽ Ἠλεὶ χόλον ἔκφυγεν· ἀλλὰ καὶ αὐτὸν
οὐχ ὁσίη γαστὴρ παίδων ἐχάλεψε δίκαιον,
καί περ ἀεὶ βρίσαντα ὀνειδείοις ἐπέεσσιν.
εἰ δὲ τόση τοιοῖσιν ἁμαρτάσι μῆνις ἐπέστη,

ὅσσα τεῆς δέος ἐστὶν ἐπὶ πλεόνεσσι κακοῖσι;
καί σε κιβωτὸν ἄνασσαν, ὃς ἤδρασε χειρὶ βεβήλῳ
κλινομένην, θάνεν αἶψα. Θεοῦ δέ τε νηὸν ἔθηκε
ἄψαυστον παλάμῃσι, ἐρείσματα τ' ἔκτοθι τοίχων.
τοὔνεκεν αἰάζω, πίπτω δ' ὑπὸ σεῖο πόδεσσι
Χριστὲ ἄναξ, μή μοί τις ἀπαντήσειεν ἀνίη
χαζομένῳ. κέκμηκα, λύκοις δηλήμοσι ποίμνης
ποιμέσι μαρνάμενος δηρὸν χρόνον. ἐκ μελέων δὲ
ῥινῶν ἔπλατο θυμὸς, ἀναπνείω δ' ὀλίγον τι
τειρόμενος καμάτοισι, καὶ ἄλγεσιν ἡμετέροισιν.
ὧν οἱ μὲν θώκων ἱερῶν πέρι δῆριν ἔχοντες,
ἀντία κυμαίνοντες ἐπασσυτέροισι κακοῖσι,
βαλλόμενοι, βάλλοντες, ἀτειρέες εἰσὶ μαχηταί·
εἰρήνην βοόωντες, ἐφ' αἵματι κυδιόωντες.
ὡς ὄφελον γετθαίαν ἀναπλήσαιεν ἀνίην
ἔνδικον, ἑδρήεσσαν, ἐφ' ἕδρῃ τίσιν ἔχοντες.
οἱ δ' ἄρα τοῖς ἑκάτερθε μεριζόμενοι, κλονέουσιν
ἀντολίην τε δύσιν τε, θεὸς δ' ἐς σάρκας ἔληξεν.
ὧν ἄπο μαρναμένων, καὶ οὔνομα καὶ μόθος ἄλλοις.
Παῦλος ἐμὸς, πέτρος δὲ τεὸς, κείνου δέ τ' ἀπολλώς
εἰσὶ θεοί· χριστὸς δὲ μάτην ἥλοισι πέπαρται.
οὐ γὰρ ἀπὸ χριστοῖο καλούμεθα, ἐκ μερόπων δὲ,
κείνου καὶ χείρεσσι καὶ αἵματι κῦδος ἔχοντες.
τόσσος ἔρως φαέεσσιν ἐπέχλυσεν ἡμετέροισιν
ἢ δόξης κενεῆς, ἢ κτήσιος, ἢ φθόνος αἰνὸς,
τηκεδανὸς, κακόχαρτος, ἐναίσιμον ἄλγος ἐχοῦσι.
καὶ πρόφασις τριάς ἐστι, τὸ δ' ἀτρεκὲς, ἔχθος ἄπιστον.

διπλόος



δίπλοος ἐστὶν ἕκαστος, ὄϊς λύκον ἀμφικαλύπτων,
καὶ χαλκὸς λοχόων τιμηρὴν νεπόδεσσιν ἐδωδήν.
τοῖα μὲν ἡγητῆρες, ὁ δ᾽ ἕσπεται ἐγγύθι λαὸς,
πρόφρονες ἐς κακίην καὶ ἡγητῆρος ἄνευθεν.
οὐδέ τις ἔστ᾽ ἀγαθοῖο διάκρισις, οὐδὲ κακοῖο·
οὐ πινυτῆς πολιῆς, οὐκ ἀφραδέος νεότητος·
οὐ μογεροῦ βιότοιο, θεουδέος οὐ μαλακοῖο.
εἷς νόμος ἐστὶ, κάκιστον ἔχειν πλέον. ὡς δ᾽ ἀπόλοιτο
κεῖνος ἀνὴρ, ὃς πρῶτος ἀνήγαγεν ἐνθάδ᾽ ἀλιτρούς.
αὐτῶν κόσμος ἔοι, αὐτῶν θεός. ὅσσα τ᾽ ἀρίστοις
ἕσπεται ὑστατίοισιν ἐν ἤμασι ἀντιτάλαντα·
οἱ δ᾽ ἀγαθοὶ μογέοιεν ἐτώσια. τοῖα δικασταῖς
εὔαδεν ἡμετέροισι, δίκη φυγάς ἔνθεν ἀπέλθοι.
ἓν δ᾽ ἄρα πάντα πέλοι, χριστὸς, βροτὸς, ἥλιος, ἀστὴρ,
φῶς, σκότος, ἄγγελος ἐσθλὸς, ἑωσφόρος οὐκέτι λάμ-
πέτρῳ δ᾽ ἶσα φέροιτο θεοκτόνος ἰσκαριώτης. (πων·
καὶ σολύμοις ἱροῖσιν ἀλιτροτάτη σαμάρεια.
ἶσα δ᾽ ἔχοι χρυσός τε καὶ ἄργυρος ἠδὲ σίδηρος,
μάργαρος ὀκρυόεντι λίθῳ, πηγαῖς δὲ χαράδραι.
πάντα δ᾽ ἂν ἀλλήλοισι πεφυρμένα εἰς ἓν ἄγοιτο,
ὡς ποτ᾽ ἔην, ὅτε κόσμος ἔην πρωτόκτιτος ὕλη,
κόσμον ἔτ᾽ ὠδίνουσα διακριδὸν οὐ βεβαῶτα.
ἦν δ᾽ ὅτε μωαβίταις νηὸς μέγας οὐ βατὸς ἦεν,
οὐδὲ μὲν ἀμμανίτῃσιν, ἐπεὶ στρατὸν ἤκαχον ἡμῶν.
ἄλλους δ᾽ ὑδροφόροισιν ἐνηρίθμησεν ἰησοῦς,
καὶ ξυλοφορτηγοῖσιν, ἐπεί ῥά μιν ἐξαπάφησαν.
ταῦτα κακοῖς. Λευὶ δὲ γόνον μεγάλοιο γέρηραν·

σκηνῆς

σκηνῆς γάρ μιν ἔθηκαν ἐπουρανίης θεράποντα.
κἀνθάδ' ὅροι θυέων τε, καὶ ὕδεος, ἠδὲ πόνοιο·
ἄλλος γάρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ χέρας εἶχεν ἐπ' ἔργοις,
ὅσα τ' ἔην νηοῖο καὶ ἔντοθεν ἐγκονέοντες.
κεῖνοι μὲν τοίοισι νόμοις ἀρετῆς προμάχιζον.
ἡμεῖς δ' αὖ κακίῃ γέρα θήκαμεν. ὦ θανάτοιο·
τίς τάδε θρηνήσειε γόων πολύϊδρις ἀοιδός;
σχέσθε φίλοι· λήξωμεν ἀτασθαλίῃ μογέοντες·
ὀψέ ποτ' εὐαγέεσι θεὸς τίσειτο θυηλαῖς.
εἰ μὲν δὴ πεπίθοιμεν, ὀνησόμεθ'. εἰ δὲ καλύπτοι
μῦθον ἐμὸν, πολιήν τε, νέων θράσος, ἠὲ κολοιῶν
οὖλον ἐπικρώζοντες ἐμοὶ νέφος ἀφραδίῃσι,
μαρτύρομ' ἀθανάτοιο θεοῦ χέρα, καὶ τὸ κελαινὸν
ἦμαρ, ὃ τὴν κούφην πυρὶ βόσκεται ὕστατον ὕλην,
οὐ μὲν ἐγὼ κείνοισιν ὁμόθρονος, οὐχ' ὁμόστοργος,
οὐδέ τι συμφράδμων, οὐ σύμπλοος, οὐ συνοδίτης.
ἀλλ' οἱ μὲν προβόωσιν ἑὴν ὁδόν· αὐτὰρ ἔγωγε
ζητῶ Νῶε κιβωτὸν, ὅπως μόρον αἰνὸν ἀλύξω.
αὐτὰρ ἔπειτα φύγοιμι κακῶν ἄπο τηλόθι μίμνων,
καὶ Σοδόμων πυρόεντα πικρὸν καὶ ἀθέσφατον ὄμβρον,
ὧν ὅδε δεσμὸς ἔχει πλάγκτην νόον ἔνδον ἀγείρας,
εἴσω πᾶς ὀρέων, γελόων βιότοιο θυέλλας
αἵ ῥά τε καὶ πινυτῶν αἰσχρῶς κονίῃσι πρόσωπα.
αἰεὶ δὲ πραπίδεσσι νοήματα θεῖα χαράσσων
χείροσιν οὐκ ἐπίμικτα, διαυγέα, φωτὶ πελάζων
τρισσοφαοῦς θεότητος ἐπειγομένοισι πόθοισιν
ἵλαον ἀθανάτοιο θεοῦ πρὸς θῶκον ἱκοίμην·

ἔνθά τε πάντ' ἀναφανδὰ· τὸ δ' ἢ πλέον ἰσοτάλαντον
τῆμος, ὅτ' ἐν χείρεσσι Θεοῦ ζυγὸν ὀρθοδίκοιο.

INTERPRETATIO
LATINA.

Scripsit hoc carmen sanctus Gregorius post discessum suũ ab urbe Cõstãtinopolitana, cùm inuidię improborũ, bonis omnibus indignantibus, cedens, sedem ibi Archiepiscopalem reliquit: ac deinceps in patria Nazanzi, ruri quietam & solitariam uitam priuatus exegit. Niceph. lib. 12. cap. 11.

In principio orationis homines notátur, qui sub sacrosancta Ecclesiasticæ administrationis persona, & amplissimis spiritualium honorum titulis & ornamentis, profanos & improbos tegunt animos & mores.

O qui sacra Deo offertis sine sanguine Mystæ,
O quibus est cõmissa animarũ cura piarũ,
In quorum manibus diuinum plasma tenetur,
Quiq; Deũ immensum atq; homines cõfertis in unũ,
Fundamenta orbis, morum lux, culmina uerbi
Sacri, perpetuæ famuli uitæq; beatæ,
Christigeri, qui sublimes considitis altis
Sedibus, eximijs qui gaudetisq; theatris,
Sceniuagi, soleis innixi crura colurnis,
Spirantes modicum sub personis alienis:
Quæ uerò internæ & ueræ sunt relligionis,
Cuilibet æquales misera de sorte popelli.

Ludere

Ludere perge cohors sacra, sicut ludis ineptè:
Quæq; facis leuiter, grauiter grandi ore sonare.
Vt me cunq; uirum dicas læuumq; malumq;,
Atq; tuo longè iubeas decedere cœtu,
Et ferias condensis clamq; palamq; sagittis,
(Quæ res magna tibi solet esse, & grata uoluptas)
Ipse tamen, quod uult animus me dicere, dicam,
Ingratis alto depromens pectore uerba.
Qualis lympha Noto grauius spirante meatus
Occultos compulsa petens, terraq; sub ima
Ex oculis sublata latens, cum murmure feruet,
Et rursum uiolens superas erumpit ad oras
Flumine diffuso patefacta per ostia campis:
Sic quoq; & ipse meo non iram corde tenere
Conceptam possum. Sed uos tolerate loquentem,
Si quod protulero uerbum, quod mordeat ægros
In uobis animos, mœroris pignus acerbi:
Vel si duntaxat tenues iactetur in auras,
Esse solet sermo præsens medicina doloris.
Christi ingens corpus, quàm maxima gloria, regis
Omni dispersus populus regalis in orbe, Exod.19
Olim tempus erat cùm gens infida maneret. 1.Petr.2
Consecrata Deo sed enim possessio, rursum Tit.2
Huc illuc rapitur: pelago ceu fluctus in alto
Raucisonus, pinus ue agitata procacibus Euris.
Huic populo uenit Deus è cœlestibus oris,
Diminuitq; suum mortali in carne decorem, Psal.8

Hebr.2 Humano mixtus generi, atq; unitus in unum,
Phil.2 Et Deus & mortalis homo. Sic unus & idem
1.Petr.4 Attulit auxilium nobis in corpore passus,
Act.20 Diuino nostra pro noxa sanguine fuso,
Vt nos seruaret tanta mercede redemptos.
Plurima præterea misit sacra sanguinolenta,
Psal.18 Qui uerbum posthac gentem sparsere per omnem,
Rom.10 Et morti, sæuæ dextræ, occurrêre suaui,
Vt sacer ille suum cœtus præstaret honorem
Sermoni sermone Dei, atque cruore cruori.
Istud sed quis'nam corpus quatit? unde malorum
Nobis pondus adest? Quî nubila luna tenebris
Ipsa suis potuit tantum obscurare nitorem?
Psal.79 Et syluestris aper nostram pessundare messem,
Vastator rabidus? nostri qui liuidus ardens
Sap.2 Inuidia generis, iam dudum tempore ab illo,
Gen.3 Insidijs quando ipse suis felicibus hortis
Fraudatum uita æterna deiecit Adamum
Primùm, permulto ualidoq́; est semper adortus
Impete: non tamen ille suis genus omne dolosis
Perdere consilijs potuit, uel fallere, nostrum.
Igniculus siquidem uerbi, & lucerna, per omnes
Emicuit terras, erecto lumine in altum.
Amplius has etiam confirmauere feroces,
Fortibus athletis: qui de certamine ferrent
Præmia uictores, quoniam impegere tyranni.
Militis inuicti cernens in Marte uigorem,

Furtiuum ſtruit ille dolum: ductoribus ipſis
Diſsidij immittens mala ſemina pernicioſi.
Nam duce ſublato, miles mox ſternitur omnis:
Pontiuagamq́; ratem uentus rectore carentem
Fluctibus immergit, ſcopulis ue infigit acutis:
Sicq́; domos, urbesq́;, choros, pecudesq́; bouesq́;,
Et perdit currus ducis ignorantia læui.
Sic, queiſcunq́; patet noſtrorum ærumna malorum,
Paſtores populi uulgo ſunt fabula noſtri.
Oppida perfugij olim homicidis certa fuere, Num. 35
Nec minus & ſacris ſua condita templa cauendis, Ioſ. 20.
Sanguinis & fuſi loca quædam & ſortis amaræ:
Temporibus ſummis quæ fortia pectora pridem
Aequauere ſolo, ſed non bene conſcia Chriſti,
Mercedemq́; proinde malam exiguamq́; tulere.
Non equidem inuito, qui nullo eſt dignus honore: 2. Cor. 4
Nam Deus eſt manibus non comprenſibilis ullis,
Cùm ſibi ſit uiſum uerſuto: ſed tamen illi
Aequauere ſolo. Nunc antem tempore noſtro,
Exitij & mortis locus eſt ſimul omnibus unus,
Siue illi noſtri ſint ſepti, ſiue alieni.

Theodoſius Magnus primùm cõſtituit, ut ſimulacrorum delubra ubiq; locorum in imperio Rom. ex ipſis fundamẽtis euerterentur: cùm à deceſſoribus eius Rom. principibus, ſacrificijs omnibus interdictis, clauſa tãtùm eſſent, Iuliano excepto: qui, ut impietas reuiuiſceret, fecit, haruſpicinæ & ſacris dæmonum deteſtandis deditus. Niceph. lib. 12. cap. 25. l. 1 & 2. C. de ſacrific. pagan.

Idem Theodoſius, ſicut & Imperij eius ſocij & ſucceſſores, ab omni hæreticos ſubmouerunt Eccleſiarum limine. Id quod ex multis patet legibus, & inprimis ex l. 2. de ſumm. Trinit. & l. Cuncti hæretici, & ll. ſequentibus. C. de hæretic. & Manich.

Hoc factũ diuo Gregorio improbátur, propter ordinis confuſionem in Eccleſiam catholicam introductam. Qui per amaritudinem, ſiue ſortem amaram, hæreſes deſignat: ſicuti per ἀποκομμάτια, cauendaq; ſeu deteſtanda ſacra, & ſanguinem, ſacrificia Paganorum, & forſitan Iudæorum quoque.

Hæc ſapientum olim ſedes ueneranda uirorum,
Optimus hoc tẽplum ſanctum quod quiſq; tenebat,
Angeliciſq; choris ſuggeſtus iſte refulgens,
Hoc interſtitium, geminum quod diuidit orbem,
Illum perpetuò conſtantem, atque hunc periturum:
Hunc ipſum finem, medium diuûmq; hominumq;.

His uerſibus auguſtum ſanctæ & æternæ Sophię ſiue Sapientiæ, quæ Chriſtus eſt, templum denotatur, opus mirificum: quod Conſtantinus Magnus conſtruxit, & filius eius Conſtantius abſoluit. Nicepho. lib. 7. cap. 49. lib. 9. cap. 9. Iuſtinianus uerò, quia incendio ſub Arcadio fœdatum fuerat, inſtaurauit. Cuius deſcriptio ex Procopio inuenitur, apud Nicephor. lib. 17. cap. 20.

Verùm hoc ſic quondam fuit. at nunc ridiculoſa
Res eſt: adcurſus quando patet omnibus intra
Cancellos templi, foribus iam ſemper apertis.
Vnde mihi uideor præconem audire ſonorum,

Ingenti medio in populo clamore uocantem.

Claſsicum, & proclamatio, ad licentiam & confuſionem Eccleſiaſticam, & improbiſsimorum quorunque ad miniſterium ſacrum inuadendum euocatio.

Huc, qui conſcenſis uicijs equitatis, adeſte.
Huc hominum maculæ, uentres, ſeſeq́; gerentes
Latius, effrontes, uultuq́; ſupercilioſi,
Potoresq́; meri, errones, maledicere prompti,
Mendaces, petulans quibus eſt iniuria curæ,
Lubricitate animi falſo iurare parati,
Mollibus induti, atq; auido plebem ore uorantes,
Quiq́; bonis rapidas furtim palmas alienis
Affertis, tecto ſibimet liuore nocentes,
Expertes fidei, uerſuta fraude doloſi,
Aſſentatores ſubmiſſa ſorte potentum,
Submiſsis contra ſæui feritate leones,
Partes ambigua uarias leuitate ſequentes,
Petrarum polypi referentes uoce colorem.
Qui modò nupſiſtis iuuenili ardore calentes,
Et tenera roſeas ſparſi lanugine malas,
Natiuæ fures flammæ & genitalis amoris,
Ignem laſciuo uernantem in lumine habentes,
Publicitus quando circum curſatis apertè,
Naiades superûm, noua lumina, luce coruſci,
Afflatus nitidi, uicio omni concomitante.
Huc, confidentes eſtis quicunque, uenite:

Parta cuiq; patet sedes amplissima templi.
Ceruicem hic in parte nouam submittite dextra:
Quæ facile est etiam, qui non affectat, aperta.

Διξιτερῆσι, ad sanctius sacrarium.

Nunc iterum Manna uobis pluit imbre recenti,
Exod.17 Quisq; sinu excipiat nostro de munere gratus:
Hic multum, ille minus. Quòd si cui fortè placebit,
Nec festa sacræ cessarit luce quietis,
Collectum manibus cupidis utcunque putrescat.
Aer communis, communis terra quibusque,
Commune est cœlum, communia quæ exhibet astra:
Communis pontus, communes sunt quoque sedes:
1.Reg.10 Et (dictu mirum) sua constat gratia Saulo
Vatibus in sacris. Quare non ullus arator,
Non faber, aut sutor, non qui sua retia tendit
Insidiasq; feris, opera aut Vulcania tractat,
Longè absit: non ille alium, qui sacra gubernans
Munia procuret diuino munere, norit.
Iussa dare imperio, quàm iussa capessere, præstat.
Hic ergo è manibus stiuam, magnam ille securim
Proijciens, pellem tu, tu uenabula, ferrum
Sed tu & malleolum bifida cum forcipe ponens,
Confertim hic circum sacram consistite mensam,
Atque premant alios alij, rursumq; premantur:
Firmior infirmum pellat, maiorq; minorem,
Nec minus & sedi multo sudore uacantem:

Veri

Veri & apostolici presbyteri imago.

Optimus ob laudem qui uir pietatis habetur,
Afflictus carnem, senio obsitus, incola cœli,
Contemptor mundi, diuinæ sortis amator,
Mortuus in uiuis, & Christi mysta fidelis.
Talis imago alicui picta est ab imagine prima,
Ad quam constiterat: sic forma impressa tabellæ.
At uos qui inspiciat, diuerso tramite tendat,
Vestrorum potius factorum exempla sequutus:
Hic uicij fuerit uestri quàm maximus usus.
Hæc sic clamosus præco. Sed enim inclytus ille
Moses, ingenti terret mea corda timore, Exod.19.24
Vnus qui Christum nebula conspexit in atra.
Ast alios imo iussit sub monte morari,
Vestibus ablutis sanctos, atq; inde trementes
Iussa audire Dei tantum, debere nec ipsas
Calce solum pecudes cœlestis tangere Regis,
Disruptis uellent scopulis nisi fortè perire,
Aut telis lapidum, iaculis uel ponere uitam.
Natorum Amridæ terrent me fata, alienis
Qui sacra thura ausi flammis adolere, alieno Leuit.10
Disperiere obitu. Extemplò locus ipse sacrorum
Est miseris factus mortis locus exitiosæ:
Et quamuis essent Aaronis pignora magni,
Hæc tamen illorum finis miseranda uirorum,
Tristior Helidas casus quoque morte peremit,
Ventris ob ingluuiem fœdam, mentemq; procacem: 1.Reg.2.4

Sacrilegas

1.Reg.24 *Sacrilegas ollis nanque immisere sacratis*
Impuri palmas. Quin uindex ira nec ipsum
Helim præterijt, genitorem prolis iniquæ
Laudatum. Sed & hunc natorum perculit aliuus
Improba, quantumuis iustus foret, atq; subinde
Illorum dictis facta obiurgaret acerbis.
Sin his criminibus tantum grauis institit iræ,
Flagitijs multis quantum decet esset timoris?
Protinus & moriens momento concidit uno,
Qui iam lapsantem manibus, miser ille, profanis
Arcam sustinuit Domini: qui fecit, ut esset
Illius intactum templum, munimine cinctum,
Atque ut fana suis mos sit circundare septis.
Hinc plango, pedibusq; tuis rex Christe supinus
Prouoluor: casus ne me incurabilis ægrum,
Quòd cessi, inuadat,-

Conscientia uirum sanctum in magnam coniecit solicitudinem, quòd Constantinopoli, cura ibi animarum periculoso tẽpore relicta, discesserit. Quapropter eius rei ueniam à Domino Christo supplex petit.

—duro defessus agone:
Cum grauibus cui pugna lupis, pastoribus inquam
Sæuis, peste gregis, fuit ingens tempore longo.
Dudum animus sublimis inertia mẽbra reliquit:
Exiguum spiro ærumnis agitatus apertis,
Et probris nostris. Quorum pars bella gerentes,
De sacris calido inter se certamine pugnant

Sedibus,

Sedibus, ut referant ſubmiſſo ex ordine Chriſti
Primas: inq; uicem aßiduos ſibi quiq; labores
Pulſi, pulſantes, pariunt. Sic Marte procaci
Se bellatores oſtendunt eſſe feroces,
(φιλοπρωτεύοντες. 3. Io. de primatu cōtendētes.)
Pacem iactantes, ſe ſanguine glorificantes.
Impleat hos utinam Getthæi plaga doloris,
Seßilis, & uindex ficus in ſede gerentes. 1. Reg. 5
Pars uerò in ſectas diſſecti, ſeditione
Concutiunt orbem Eoum Heſperiumq; nocenti,
Ipſe Deus quibus in mortales deſinit ægros. 1. Cor. 1
Nam Deus huic Paulus, Petrus illi, tertio Apollos:
Cenſenturq; homines hominum, non nomine Chriſti.
Sic Chriſtus fruſtra clauis transfixus acutis,
De cuius manib. decus omne & ſanguine habemus.
Tantus amor nebula perſtrinxit lumina noſtra,
Cimeria: quibus eſt ægris ſuus inſitus algor,
Turpis auariciæ, uel inanis nominis auræ.
Aut grauis inuidiæ liuor, quæ tabida gaudet
Aerumnis, nulla propria utilitate, alienis.
Sanctam prætexunt Triadem ſermonibus omnes,
Aſt inimicitias oſtendunt rebus apertis.
Quilibet ancipiti eſt: duplex linguaq; animoq;,
Et lupus exuuijs rapidus contectus ouillis, Matth. 7
Hamus & inſidians letali piſcibus eſca.
Ductores tales imitatur proxima plebes,
In uicium præceps, etiam doctoribus orba.

Incredi-

Incredibilis & horrenda rerum omnium in Eccleſia confuſio.

Nõ aliquod diſcrimẽ habet prauum´ue bonũ´ue:
Canicies nullum prudens, & ſtulta iuuentus:
Nil dura à molli uita, nil ſacra profana:
Diuina, humana nil conſuetudine differt:
Lex una eſt, ut plura habeat, qui peßimus extat.
Diſpereat primus qui noſtrum adduxit in orbem
Errores. Illis mundus, Deus. omnia cedant
Præmia, ſuprema quæ rectos luce ſequentur:
Spectati incaſſum uerò pietate laborent.
Iudicibus talis placita eſt ſententia noſtris,
Iuſticia extorris noſtris procul exulet oris:
Omnia ſint unum· Chriſtus, homo, ſidera, Phœbus,
Lux, tenebræ, genius bonus, & iam lucifer ater·
Aequas cum Petro deicida reportet Iudas,
Impia cum Solymis ſacris partes Samaritis.
Sint paria argentum atq; aurum, ſint æsq; chalybsq;,
Vnio cum ſcrupo, & liquido cum fonte ſalebra.
Denique cuncta ſimul mixtim referantur in unum:
Materia informis ceu quondam condita primùm,
Parturiens mundum, nondum digeſta manebat.
Ammonitæ olim & Moabitæ non ulla patebant
Deut.23 *Templa Dei: populum quoniam læſere fidelem.*
Ioſ.9 *Illum etiam qui luſiſſent, ſacra cædere ligna,*
Et geſtare alijs lymphas præcepit Ieſus.
Hæc præſcripta malis, Sed Leui pignora magni

Præcipuo

Præcipuo supra reliquos sunt aucta decore: Num.3
Cœlestis templi nanq; hos fecere ministros. Iof.3
Sacrorum hi, sacriq; soli, finesq; laborum, Deut.10
Distinctas operas, diuisaq; munia obibant: 1.Reg.2
Quæ res sacrum intra templum poscebat, & extra. Num.4
Has illi leges prisca in pietate colebant:
Nos uitijs (ô mors) magnos præbemus honores:
Quis'nam luctificus defleuerit ista Poetes?

Exhortatio ad pœnitentiam.

State uiri, tempus peccatis ponere finem:
Nunc tandem sacris Deus exoretur agendis.
Auxilium adueniet, hoc si persuasero, nobis.
Sin canos, uerbumq; meum suppresserit audax
Consilium iuuenum, uolucris'ue agmen crocitantis
(Graculus huic nomen) per stulticiam exitiosum
Admonitus nostros strepitu superarit acuto:
Numinis æterni dextram, lucemq; nigrantem
Testor, materiam flamma quæ summa uorabit,
Non confessorem me illis, sociumq; laborum,
Nec fore prauorum consortem consiliorum.
Non eadem me cymba uehet, non semita ducet.

Non communicandum peccatis alienis.
1.Tim.5. Apoc.18.

Verùm hi qua cœpere uia persistere pergant,
Ipse salutiferam Patriarchæ persequar arcam
Antiqui Noe, ut fugiam illætabile letum.
Prauorumq; procul posthac à tramite distans,

Infandum,

Infandum, tristem, flammantemq́; ignibus imbrem
Vitabo Sodomæ: quam uincula corporis huius
Intra se retinent, errantia corda cientem,
Prudentumq́; etiam fœdantem puluere uultus.
Hanc penitus spectans, uitæ ridebo procellas:
Meq́; ipsum excutiens, atq; intima corda repurgãs.
Sic desiderio nunquam non percitus omni,
Cùm diuina meo formans in pectore sensa,
Lucida quæ prorsus sint, nec communia prauis:
Tum lucem accedens triluminis ad Deitatis,
Ad Christi sistar placatum (spero) tribunal.
Hic ubi cuncta simul manifesta in luce patescent:
Inq́; manu iusto trutinam Quæstore tenente,
Omnia iudicio lancem pendentur ad æquam?

BEATI GREGORII THEOLOGI IVRAMENTVM & uotum Episcopale.

PRAEFATIO LANGI.



ST *operæprecium cognoscere uota beati*
Gregorij, quæ solenni de more disertis
Iuratus uerbis Antistes, munere sancto
Auctus pastoris, concepit pectore toto.
Hæc quicunq; leges, tibi fac communia ducas.

Legibus his omnes ex æquo namque tenemur,
Ad sacras dedimus lymphas qui nomina Christo,
Illi mancipij nos totos iure sacrantes.

VOTUM.

Ὤμοσα τὸν λόγον αὐτὸν, ὅ μοι θεός ἐστι μέγιστος,
ἐξ ἀρχῆς ἀρχὴ, πατρὸς ἀπ' ἀθανάτου,
εἰκὼν ἀρχετύποιο, φύσις γεννήτορος ἴση,
ὃς φθάσε καὶ μερόπων ἐς βίον οὐρανόθεν·
ὤμοσα, μήτε νόῳ γε νόον μέγαν, ἐχθρὰ νοήσας,
ῥίψειν, μήτε λόγῳ τὸν λόγον ἀλλοτρίῳ.
εἰ τριάδος θεότητα διατμήξαιμι φαεινῆς,
εἰπόμενος καιρῶν νεύμασιν ἀντιπάλων.
εἰ δ' ἕδρη μεγάλη πότ' ἐμὸν νόον οἰστρήσειεν,
ἠὲ πόθῳ δοίην ἀλλοτρίῳ παλάμην.
εἰ δὲ θεοῦ προπάροιθε βροτὸν θείμην ἐπίκουρον,
πέτρης ἠπεδανῆς πείσματ' ἀναψάμενος.
εἰ δέ ποτ' ἐσθλὰ φέροντος ἀγήνορα θυμὸν ἔχοιμι,
ἠὲ κακοῖς κύρσας ἔμπαλιν ἀδρανέα.
εἰ δὲ δίκην δικάσαιμι παρακλίνας τι θέμιστος,
εἰ δὲ λάβοι τιμὴν ὀφρὺς ὕπερθ' ὁσίων.
εἰ δὲ κακοὺς ὁρόων τι γαληνιόωντας, ὁ δοῖο
στάθμην δεξιτερῆς ἢ ἀγαθῶν σκοπέλους.
εἰ φθόνος ἐμπλήξειεν ἐμὴν φρένα· εἰ γελάσαιμι
πτῶμα καὶ οὐχ ὁσίων, ὡς πόδα πηγὸν ἔχων.
εἰ δὲ χόλῳ πλήθοντι πέσοι νόος· εἰ δ' ἀχάλινος
γλῶσσα θέοι, μάχλον τ' ὄμμα φέροι κραδίην.
εἰ δέ τιν' ἐχθαίροιμι μάτην· εἰ δ' ἐχθρὸν ἐμεῖο

τισαίμην δολίως, ἠὲ καὶ ἀμφαδίην·
εἰ κενεὴν πέμψαιμι δόμων ἄπο χεῖρα πένητος,
εἰ φρένα διψαλέην οὐρανίοιο λόγου·
ἄλλῳ χριστός ἔοι πλέον ἵλαος· αὐτὰρ ἐμεῖο
τοὺς ἄχρι καὶ πολιῆς αὖρα φέροι καμάτους.
τοῖς δὲ νόμοισιν ἔδυσα ἐμὸν βίον. εἰ δὲ πόθοιο
ἐς τέλος ἱκοίμην, ἄφθιτε σεῖο χάρις.

INTERPRETATIO LATINA.

Per uerbum iuro, per numen scilicet ingens,
Principij æterni principiumq́; Patris,
Archetypi effigies, & par natura parenti,
Ad nos qui regno uenit ab æthereo:
Iuro iterum atque iterum, fidei pugnantia ueræ
Non errabundum dogmata praua sequi:
Nec me mente alia mentem mutare supremam,
Nec uerbo uerbum deteriore Dei.

Facit hoc, ut mentem mēte mutet, Marcionita & Manichæus: qui duo principia contraria, hoc est, duos deos introducūt, alterū bonum, & alterū malum, &c. Et uerbum uerbo mutat, qui unum Christum Deum & hominem diuidit, alium dicens uerbum Dei, & alium Christū: multoq́; magis, qui Christum, hoc est diuinitate unctum hominē, creaturam dicit, & ex sancta Trinitate proscribit, quæ creaturam in essentiam suam non admittit: eamq́; proinde ita dissecat, sicut mox sequitur.

Si

Si Triadis ſanctæ diuinum ſcidero honorem,
Rebus in aduerſis turgida uela ſequens:
Si ſedis magnæ inceſſat mihi dira cupido,
Captiuum'ue trahat fune libido mala:
Præ te ſi mortalis opem, Deus optime, quærens,
Infirma noſtram rupe ligaro ratem:

Sicut Semiariani fecerunt, ſcribente de eis Epiphanio· ἔχοντες μεθ' ἑαυτῶν σαρκὸς δεξιὰν, Κωνςάντιον τὸν βασιλέα, καὶ ὑποκρινόμενοι τὴν βασιλέως δεξιὰν: Habentes ſecum carnis dextram, Cõſtantium Imperatorem, & per aſsimulationẽ præferẽtes principis dextram.

Si mihi mens fuerit rebus ſublata ſecundis,
Aut fuerint rebus mollia corda malis·
Si ſacrata datus iudex uiolauero iura,
Efferat aut ſi nos altius ullus honor·
Tramite ſi dextro abſiſtam, ſcopulis ue bonorum,
Ex uoto cernens cedere multa malis·
Liuor edax ſi me rodes: ſi riſero caſum
Vel non ſanctorum, firmus ut ipſe pedem·
Si mentem furor acris aget: ſi lingua feretur
Libera: ſi lumen pectus habebit iners·
Odero ſi quenquam temerè, ulciſcárue proteruum
Ipſe hoſtem uindex clámue palámue meum·
Siue domo uacuam mendici amiſero dextram,
Seu ſitiens Verbi pectus inane ſacri·

Respice Christe alios: ad canos usque labores
 Quos ego portaui, differat aura leuis.
Hæc mihi lex uitæ. quam si, quod spero, tenebo
 Ad finem, fuerit gratia Christe tua.

PAVCA QVAEDAM DIVI GREGORII SPIRITUALIA Epigrammata.

IN MILITIA CHRISTIANA,

LVCTA SPIRITVS ET CARNIS.

ὤμοι ἐγὼν, ὅτι δή με πρὸς οὐρανὸν ἠδὲ θεοῖο
 χῶρον ἐπειγόμενον σῶμα τόδ᾽ ἀμφὶς ἔχει.
οὐδέ πη ἔκβασίς ἐστι πολυπλανέος βιότοιο,
 καὶ στυγερῆς κακίης, ἥ μ᾽ ἐπέδησε κάτω.
παντόθεν ἀπροφάτοισι περικτυπέουσα μερίμναις,
 βοσκομέναις ψυχῆς κάλλεα καὶ χάριτας.
ἀλλά με λῦσον ἄναξ, λῦσον χθονίων ἀπὸ δεσμῶν,
 καί με χοροστασίην τάξον ἐς οὐρανίην.

ME miserũ, quòd cœlum ipsum cœtusq́; petentem
 Diuinos, corpus distinet usque graue.
Nec uariæ est ullum uitæ, uicijq́; maligni
 Effugium, quod humi membra caduca tenet.
Et subitis semper circunstrepit undique curis,
 Depascens

Depaſcens nobis pectoris omne decus.
Sed tu ſolue Deus, tu terrea uincula ſolue, Rom. 7
Et me cœlituum colloca in ordinibus. Phil. 1

ASPIRATIO AD Deum.

Θυμὲ βλέψον ἄνω, χθονίων δ᾽ ἐπιλήθεο πάντων,
μὴ δέ σε νικήσῃ πρὸς κακότητα δέμας.
τυτθὸς μὲν βίος οὗτος· ὁ δ᾽ ὄλβιος ὡς ἐν ὀνείρῳ
τρέπεται· ἄλλοιῃ δ᾽ ἄλλος ἔκυρσε τύχῃ.
μούνης δὲ ζωῆς καθαρῆς βίος ἔμπεδος αἰεί,
καὶ πολὺς, ὃν ζώειν ἐστὶν ἀρειότερον.

Mens ſurſum ſpecta, & terrena hæc deſpice cuncta,
Ne uictam ſternat crimine corpus humi.
Vita breuis, uelut in ſomnis cui ducitur, illa
Felix: ſors alios fertq́; refertq́; grauis.
Certior at uitæ puræ eſt & longior uſus,
Decurſu præſtat quam peragrare ſuo.

VITAE HVMANAE AERVMna: & extremum morientis Gregorij pro poſteritate uotum.

Κόσμε φίλ᾽, οὐ φίλε πάντα, τί μ᾽ ὡς τροχὸς ἀμφιέλικτος
ῥοιζηδὸν φορέεις αὐτιπορευόμενον,
μύρμηχ᾽ ὡς ὀλίγον πικρὴν φορὰν ἀχθαλόωντα;

ἔμπα γέμων φορέεις τόσσον ἐόντα τόσος.
οἶδα μὲν ὡς θεόθεν σὺ θεοῦ κλέος· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς
χριστοῦ χειρὶ πάγην πλεκτὸς ἀπ' ἀμφοτέρων
οὐρανίων, χθονίων τε· τὸ μὲν δέμας ἔνθεν ἐτύχθη,
ψυχὴ δ' αὖ μεγάλου ἐστὶν ἄημα νόου.
ἀλλὰ καὶ ὡς πολλοῖσιν ἐλαύνομαι ἔνθα καὶ ἔνθα
πήμασιν ἐξ ἐμέθεν, πήμασι δυσμενέος·
δελφὶς δ' ὡς ἐπὶ χέρσον ἀλίδρομος, ἠέρι θνήσκω.
κόσμε, παρῆλθον ἐγώ, λαὸν ἄτρωτον ἄγοις.

Chare orbis, nec chare satis, cur uoluis ad instar
Hinc inde inuitum turbinis ambigui?
Formicam ut tenuem? quæ quamuis usq; reluctans,
Tantilla à tanto uoluitur illa tamen.
Hæc tibi laus uenit diuinitùs: ilicet ortu
Me quoque terreno Christus, & æthereo
Condidit. hoc corpus namque est tellure creatum,
Ast animus magnæ mentis ab ore datus.
Sic tamen hic damnis multis conflictor, & illic,
A' me quæ ueniunt, quæ uel ab hoste fluunt:
Vt delphinus humi, morior sic aere in ipso.
Orbis, ego cesi, fer sine fraude gregem.

ADDV-

ADDVBITATIO, MORI ne an uiuere præſtet.

IN CHRISTO CONQVIeſcendum.

Ἀλλήλους μὲν, ἐγώ τε καὶ ὁ χρόνος, ὡς πελειαὶ,
 ἢ νέες ἐν πελάγει ἀντιπαρερχόμεθα,
ἐσταὸς οὐδὲν ἔχοντες. ὃ δ' ἤμπλακον, οὐ παραθρέξει,
 ἀλλὰ μένει· ζωῆς τοῦτο μογηρότατον.
οὐδ' ὅτι σύξομ' ἔχω, ξῆσαι πλέον, ἠὲ λυθῆναι.
 τάρβος ἐπ' ἀμφοτέροις, ὧδε δὲ φράζεό μοι·
ζωή μοι πολύμοχθος ἁμαρτάσιν· εἰ δὲ θάνοιμι,
 αἲ αἲ, τῶν προτέρων οὐδὲν ἄκος παθέων:
εἰ ζωὴ τόδε σοι τεκμαίρεται, ἧς τόσον ἄχθος,
 οὐδὲ τὸ λυθῆναι λῦσιν ἔχει καμάτων.
κρημνὸς δ' ἀμφοτέρωθε. τί ῥέξομεν; ἦ τόδ' ἄριστον,
 λεύσσειν πρός σε μόνον, σοῦ τ' ἀγανοφροσύνην.

Vt uolucres cœlo, pelago ceu pontica pinus:
 Sic ego, ſic contrà tempora prætereunt.
Nil firmi nobis. Sed quod peccauimus, illud
 Permanet: hæc uitæ ſors miſeranda grauis.
Et dubito, ſolui'ne an uiuere præſtet. Vtrumque
 Terret. quod tali quiſque putato modo.
Hanc uitam delicta grauant. Sin ceſſero fatis,
 Heu, quæ præteritis ſit medicina malis?
Hæc tantæ nobis molis ſi uita uidetur,
 Nec ſi ſoluaris, ſoluitur omne malum:

Est metus hic, illic. Quid agam? modus optimus esto,
Christe ut specteris tu, bonitasq; tua?

SIGNACULUM CRUCIS.

Φεῦγ' ἀπὸ τᾶς γραμμᾶς ὦ βόρβορε, μή με διόχλει·
φεῦγε πονηρὸς ἅπας, Χριστὸς ἐμοὶ γράφεται.
μή με φύγῃ τὸ νόημα συνηγμένον, ἔρρετε πάντες,
οὓς μὴ Χριστὸς ἄγει, τῆλ' ἀπὸ τῶν χθονίων.

O' cœnum, hoc fugito signum, nec mi 'esto molestus:
Omnis abesto malus. sic ego pingo Deum.
Omnes, ne fugiat mens me compacta, ualete,
Quos procul à terra non agit ipse Deus.

MORTIFICATIO carnis.

Κόπτειν σάρκα παχεῖαν ἐν ἄθλεσι πᾶσιν ἄριστον,
εὐχαῖς, νηστείαις, φροντίσιν, ἀγρυπνίαις.
τὸν μὲν γὰρ καθαρὸν καθαρώτερον εἰκὸς ὑπάρξαι,
τὸν δὲ κακὸν τῆξαι τῆς κακίης τι μέρος.
εἰ δέ τις ἔστ' ἐπίπλαστος, ἐμοὶ καὶ τοῦτον ἀρέσκει
κόπτεσθ', ὥς τε δίκας τῆς ἀπάτης διδόναι.
τὰς παχέας σάρκας καὶ γαστέρα ὄγκον ἔχουσαν,
ἡ λεπτὴ χωρεῖν εἴσοδος οὐ δύναται.

Curis, ieiunos, precibus, uigiliq; labore,
Corporis hanc molem debilitare decet.
Es bonus? ut melior sis usque atque usque labora,

Es malus? esse minus perge subinde malus.
At fucum uendit: sed & hunc excindere par est,
Vt falsa mulctam de pietate luat.
Distentas carnes, & grandi pondere uentres,
Porta perangusta non capit arcta uia.

SVMMVM BONVM CHRISTIANI, CHRISTVS.

Ἄλλοι μὲν χρυσὸν, οἱ δ' ἄργυρον, οἱ δὲ τράπεζαν
τιμῶσιν λιπαρὴν, παίγνια τοῦδε βίου.
ἄλλοι δ' αὖ σηρῶν καλὰ νήματα, καὶ γέας ἄλλοι
πυροφόρους, ἄλλοι τετραπόδων ἀγέλας·
αὐτὰρ ἐμοὶ χριστὸς πλοῦτος μέγας, ὅν ποτ' ἴδοιμι
νῷ γυμνῷ καθαρῶς· τἄλλα δὲ κόσμος ἔχοι.

Aurum conquirant alij, mensas'ue sequantur
Lautas, quæ uitæ sunt ioca fluxa breuis;
Frugiferos alij campos, pecuaria, saltus,
Aut Serum teneant mollia texta sibi:
Vnũ ego Christũ habeam, puro quẽ cernere poßim
Pectore: quod reliquum est, mundus habeto, boni.

QVERELA DE AERVMNIS uitæ, & peccati inquietudine.

Χριστὲ ἄναξ, τί με σαρκὸς ἐν ἄρκυσι ταῖσδ' ἐνέδησας;
τί, πλε βίῳ κρυόεντι καὶ ἰλυόεντι βορβόρῳ;
εἰ ἐτεὸν θεός εἰμι, λάχος δὲ σὸν, ὥσπερ ἄκουσα;
ἐκ μέν μοι μελέων σθένος ὤλετο, οὐδέ τι γοῦνα

ἕσπεται, ἀλλά μ' ἔλυσε χρόνος καὶ νοῦσος ἀνιγρή,
τηκεδανή τε μέριμνα, φίλοι τ' ἄφιλα φρονέοντες.
εἴκειν δ' οὐκ ἐθέλουσιν ἁμαρτάδες· ἀλλ' ἔτι μᾶλλον
στείβουσ', ἀδρανέοντα κύνες ὡς πτῶκα λαγωὸν,
ἢ κεμάδ' ἀμφὶς ἔχουσι λιλαιόμενοι κορέσασθαι.
ἢ στῆσον κακότητα, καὶ ἵλαθι· ἢ μ' ὑπόδεξαι
δηρὸν ἀεθρεύοντα, καὶ ἄλγεσι μέτρον ἐπέστω.
ἢ λήθης νέφος ἐσθλὸν ἐμὰς φρένας ἀμφικαλύπτοι.

Cur me Christe huius misisti in uincula carnis?
In uitam cur horrendam, barathrumq; lutosum?
Si Deus, ut fertur, sum: sum quoque sors tua uerè.
Amisere suas genua & membra omnia uires;
Et me longa dies, infestus morbus, edaces
Curæ soluerunt, & amici inimica uolentes.
Necdum peccatum cedit, sed & amplius instat,
Ceu lepori' ue canes, trepido ceruo' ue pauenti,
Carnibus illius cupientes exsatiari.
Vel compesce malum placidus, uel suscipe fessum
Militia longa, finemq; impone labori,
Obducat' ue bonis tenebris obliuio mentem.

VITAE PRAESENTIS VAnitas, & sancta ad Deum migratio.

Μῆτερ ἐμή, τί μ' ἔτικτες; ἐπεὶ πολύμοχθον ἔτικτες;
τίπτε με τῷδε βίῳ δῶκας ἀκανθοφόρῳ;

εἰ μὲν

εἰ μὲν δὴ σὺ πέρησας ἀκήδεα ὥς τις ἄσκηνος,
θαῦμα μέγ᾽. εἰ δ᾽ ἐδάμης, ὦ φιλέουσα τέκεν.
ἄλλην μὲν τ᾽ ἄλλός τις ἀνὴρ βιότοιο κέλευθον
τέμνει, γειομόρος, αὐτὰρ ὁ ποντοπόρος.
θηρολέτης ἄλλός τις, ὁ δ᾽ ἔγχεϊ χεῖρα κορύσσων,
καί τις ἀοιδοσύνης ἴδρις, ὁ δ᾽ ἀθλοφόρος.
αὐτὰρ ἐμοὶ θεός ἐστι λάχος, καὶ ἄλγεα πολλά,
καὶ νούσῳ στυγερῇ τῇδ᾽ ὀλιγοδρανέειν. (σε
Δάπτε με, δάπτε μ᾽ ἀλιτρὲ ποτὶ χρόνον. αὐτίκα γάρ
λείψω σὺν χαλεποῖς πήμασι γηθόσυνος.

Quid mea me genuit mater, genuitq; misellum?
Spiniferam quid me protulit inq; diem?
Si procul à curis, ceu uinclis libera carnis,
Vixit, miratu res ea digna fuit.
Sin mundi uarijs est conflictata procellis,
In lucem me non edidit illa libens.
Diuersum inter se cœptum plerique sequuntur;
Hic scindit terras, æquor at ille secat.
Est qui uenatu indulgetq;, ferasq; fatigat,
Est cui militiæ prælia sæua placent.
Artes Pieridum quidam, sacra carmina, discunt:
Ex ludis alij præmia ferre student.
At mea sors Deus est Christus, tristesq; labores,
Membraq; debilitat qui mea morbus iners.
Tundito me ad tempus, me tundito: mox tibi dicam
Lætus ego, atque dolor, namque ualere breui.

NOTIO

NOTIO ET VISIO SANCTAE Trinitatis, æterna est beatitudo.

Μῆτερ ἐμή, τί μ' ἔτικτες; ἐπεὶ θεὸν οὔ γε νοῆσαι,
οὔτε φράσαι δύναμαι τόσσον, ὅσσον ποθέω,
βαιὴ μέν τις ἐμοί γε νόου περίλαμψεν ὀπωπὰς
ἰσοφαοῦς τριάδος λάμψις ἐπουρανίης,
τὸ πλεῖον δ' ὑπάλυξεν· ἔχω δ' ἄχος, ὡς στεροπή τις
πρὶν με φάους κορέσαι, ὦκα παραιπταμένη.
εἰ δέ σε κεῖθεν ἕλοιμι φίλη τριὰς, οὐκέτι μητρὸς
μέμψομ' ἐμῆς λαγόσιν, εἰς ἀγαθὸν γενόμην.
ἀλλὰ σάω με, σάω με θεοῦ λόγε. ἐκ δέ με πικρῆς
ἰλύος ἐξερύσας ἐς βίον ἄλλον ἄγοις,
ἔνθα νόος καθαρός σε φαάντατον ἀμφιχορεύει,
μηκέθ' ὑπὸ σκιερῆς κρυπτόμενος νεφέλης.

Cur mea me genuit mater? non noscere quantum,
Nec possum quantum posco sonare Deum.
Luci paris Triados modicum uix lumina nostri
Perstrinxit splendor pectoris æthereus:
Sed lux ipsa abijt. hinc mœreo, fulguris instar
Quòd desiderium diffugit illa meum.
Sin te ibi sancta Trias capiam, non amplius aluum
Culpabo matris: sum bene natus ego.
At me sermo Dei serua, meq; exime amaro
Cœno hoc, & uita prosperiore bea:
Hic ubi te exultans manifesto in lumine cernat
Mens mea, ne posthac nube tegatur atra.

SVPPLI-

SVPPLICATIO PRO FACILI per hanc uitam ad Deũ & cœleſtem patriam migratione.

Χριστὲ φάος μερόπων, πυρόει στύλε Γρηγορίοιο
ψυχῆς πλαζομένης πικρῆς βιότου διὰ ἐρήμης,
σχὲς Φαραὼ κακόμητιν, ἀναιδέας ἐργοδιώκτας·
καὶ πηλοῦ μ' ἀλέτοιο, καὶ αἰγύπτοιο βαρείης
ἐξερύσαις, πληγῆσιν ἀεικελίῃσι δαμάσσας
δυσμενέας, λείην δὲ πόροις ὁδόν. ἢν δὲ κίχησιν
ἐχθρὸς ἐπισπέρχων, σὺ δέ μοι καὶ πόντον ἐρυθρὸν
τμήξειας, στερεὴν δὲ διεκπεράοιμι θάλασσαν,
ἀσπούδων ἐς χθόνα δῖαν, ἐμὸν λάχος, ὥσπερ ὑπέστης,
καὶ ποταμοὺς στήσειας ἀπείρονας, ἀλλοφύλων τε
κλίναις θούριον ἔγχος ἀγάστονον· εἰ δ' ἐπιβαίην
γῆς ἱερῆς, μέλψω σε διηνεκέεσσιν ἐν ὕμνοις.

Lux hominũ rex Chriſte, colũnaq́; flammea mẽtis
Gregorij, errantis miſeræ per deuia uitæ,
Et loca ſola, precor, ſæuum cohibe Pharaonem,
Atque exactores operæ grauis uſque malignos:
Noſq; iugo Aegypti duro, & cœno exime ſpurco:
Et plagis hoſtes compeſcens exitioſis,
Da facilem nobis ſecuro tramite curſum.
Perdere quòd ſi nos inimicus tentet adurgens,
Tum pelagus trepidis confeſtim diuide rubrum,
Vt pedibus liceat firmas tranſire per undas,
In ſanctam rectà terram (patriamq́; perennem)

In

In sortem nobis nostram quam Christe dedisti:
Vt tua sunt promissa (quibus spe credimus omni,
Atque fide, nihil his præsentius esse putantes.)
Amnes siste etiam iuges, gentisq; alienæ
Pelle minas omnis, pelle & lacrymabile bellum.
Atque ubi tandem erimus sacra tellure potiti,
Perpetuis semper te collaudabimus hymnis.

POENITENTIA IN VLtimo uitæ actu.

VITAE PRAESENTIS uanitas.

Ἐγγὺς ἀγὼν βιότοιο, κακὸν πλόον ἐξεπέρησα,
ἤδη καὶ στυγερῆς τίσιν ὁρῶ κακίης·
τάρταρον ἠερόεντα, πυρὸς φλόγα, νύκτα βαθεῖαν,
τῶν νῦν κρυπτομένων αἶσχος ἐλεγχομένων.
ἀλλὰ μάκαρ ἐλέαιρε, καὶ ὀψέ περ ἐσθλὸν ὀπάζοις
ζωῆς ἡμετέρης λείψανον σὺ μενέων.
πολλὰ πάθον, καὶ τάρβος ἔχω φρενί, μή με διώκειν
τῆς σῆς ἤρξατ' ἄναξ αἰνὰ τάλαντα δίκης.
εἴσω μὲν τὸν ἐμὸν καὐτὸς μόρον ἔνθεν ὀδεύσας,
εἴξας προφρονέως πήμασι θυμοβόροις.
ὑμῖν δ' ἐσσομένοις ἐπιτέλλομαι, οὐδὲν ὄνειαρ
τοῦδε βίου, ζωὴ λῦσιν ἔχοι βιότου.

Finis adest uitæ: transmisi nauita pontum,
Vindictam uicij cerno uenire mali.
Tartareas tenebras, ignes, noctemq; profundam:

In lucem quæ, nunc crimina tecta, ferent.
At uel nunc sero uitæ miseratus in actu,
Relliquias præsta Christe benigne pias.
Multa tuli: atque meo timor hæret pectore, ne me
Carpere iudicij cœperit ira tui.
Aerumnis cedens, facilis, quæ corda peredunt,
Hinc migraturus iam mea fata feram.
Vobis emoriens, quos post mea funera linquo,
Testor, cum certa testificorq́; fide,
Vtilitas nulla est præsentis (credite) uitæ:
Hæc mortem uitæ uita perennis habet.

MALIGNI DAEMONIS repulsio.

Morituri in cœlum migratio.

Mundi ualedictio.

Φεῦγ' ἀπ' ἐμῆς κραδίης δολομήχανε, φεῦγε τάχιστα,
φεῦγ' ἀπ' ἐμῶν μελέων, φεῦγ' ἀπ' ἐμοῦ βιότου.
κλὼψ, ὄφι, πῦρ, βελίη, κακίη, μόρε, χάσμα, δράκων,
νὺξ, λόχε, λύσσα, χάος, βάσκανε, ἀνδροφόνε, (θὴρ,
ὃς καὶ πρωτογόνοισιν ἐμοῖς ἐπὶ λοιγὸν ἐνῆκας,
γεύσας τῆς κακίης, ὄλεϊ, καὶ θανάτου.
Χριστὸς ἄναξ κέλεταί σε φυγεῖν ἐς λαῖτμα θαλάσσης,
ἢ κατὰ σκοπέλων, ἢ συῶν ἀγέλην,
ὡς λεγεῶνα πάροιθεν ἀτάσθαλον. ἀλλ' ὑπόεικε,
μή σε βάλω σταυρῷ, τῷ πᾶν ὑποτρομέει.

σταυρὸν

σταυρὸν ἐμοῖς μελέεσι φέρω, σταυρὸν δὲ πορείῃ,
  σταυρὸν δὲ κραδίῃ, σταυρὸς ἐμοὶ τὸ κλέος.
οὐ λήξεις λοχόων με κακόχολε; οὐκ ἐπὶ κρημνούς;
  οὐ Σόδομα βλέψεις; οὐκ ἀθέων ἀγέλας;
οἳ μεγάλην θεότητα διατμήξαντες ἔλυσαν,
  ἀλλ' ἐπ' ἐμὴν πολιήν, ἀλλ' ἐπ' ἐμὴν κραδίην.
αἰεί με δνοφροῖσι νοήμασι ἐχθρὲ μελαίνεις,
  οὔτε θεὸν τρομέων, οὔτε θυηπολίας.
οὗτος καὶ τριάδος νόος ἔπλετο, ἠχέτα κῆρυξ·
  καὶ νῦν τέρμα βλέπει, βόρβορε μή με θόλου·
ὡς καθαρὸς καθαροῖσι συναντήσω φαέεσιν
  οὐρανίοις, αἴγλαι σῦντ' ἐπ' ἐμὴν βιοτήν.
τὰς δὲ χέρας τανύω, δέξασθέ με· χαῖρε σὺ κόσμε,
  χαῖρε μογηροφόρε, φείδεο τῶν μετ' ἐμέ.

Pectore cede meo confestim, cede dolose:
  Vita cede mea, corpore cede meo.
Fur, serpens, ignis, Belial, draco, bellua, hiatus:
  Mors, uicium, rabies, nox, chaos, insidiæ.
Incantamentis liuoreq; noxie, fuso
  Humano gaudens sanguine, cæde, nece.
Qui nostros etiam infecisti peste genarchas,
  Cum uicio instillans perniciose necem.
In fluctus fugito, Christus iubet ipse, marinos,
  In scopulosos'ue graues, in pecudes'ue suum:
Vt legio quondam impia. Sed tu perdite cede:
  Ad quam cuncta tremunt, ne cruce te feriam.

Membra crucem gestant mea, crux in pectore fixa,
Crux pedibus præit, crux decus omne meum.
Non mihi fraudator desistes insidiari?
Non solas'ue petes, præcipites'ue plagas?
Ad Sodomam non tu conuertes lumina uastam?
Non ad blasphemos, impia corda, greges?
Qui magnum Triadis numen secuere solutum,
Sed me uexabis, caniciemq; meam?
Tu me semper atrox denigras sensibus atris,
Nec numen curans, nec mea sacra timens.
Hæc fuit & Triadis, uocalis præco, uoluntas:
Finis adest, cœnum me maculare caue.
Cœlituum ut purus commigrem ad lumina pura,
Luce refulgebit cum mea uita noua.
Sublimes tendo supplex ad sidera palmas,
Suscipe me sancti turba beata chori.
Aerumnis orbis grauibus replete, ualeto:
Quem moriens post me desero, parce gregi.

IN GREGORII THEOLOGI, EPISCOPI NAzanzeni, tres Sententiarum ſpiritualium Libellos, ad magnificum Dominum MARTINUM A' GUSMAN, Sacratiſsimi Romanorum regis FERDINANDI Conſiliarium & Cubicularium, uirum lectiſsimum,

IOANNIS LANGI SIleſij Præfatio.



Vſmanne, gentis maximum decus tuæ,
Idemq; Principis Quiritium pij,
Lætis & aſperis Achates omnibus
In rebus, ut ſors ipſa fert, fidiſsime.
Qui gymnicis aut cæteris agonibus,
Pro laude labilis caduca temporis,
Et pro corona frondis aut herbæ breuis,
Cum ſingulis luctatur aduerſarijs:
Olympico uel Iſthmio certamine,
Ictus quibus reijciat uel inferat,
Et frangat impetum impetu, dolum dolo,
Athleticæ certos tenet modos ſuæ,
In hanc & illam ſtrenuus iuxtà uicem.

Quo Christianum plus oportet militem,
Semper paratum rebus esse ab omnibus,
Cum tot cui tantisq; res est hostibus
Et pugna continens & implacabilis?
Cum carne propria, se ipso scilicet:
Homo seipsum namque lædit maximè:
Quòd mollis ipsa creditur quidem caro,
Vt est, & imbecilla, sed tamen suis
Nos illecebris & mala libidine,
Ac mentis insanæ tumultu feruido,
Improuidos plerunque, perquàm subdola,
Effrenis, impudens, proterua, & insolens,
Oppugnat illa, deijcit, circumuenit,
Manuq; captos nexibus tenet suis.
Nec carne mundus hostis est nobis minor,
Immundus iste mundus atque degener,
Statusq; corrupti malignus seculi:
Hic nos, nisi sagaciter cauerimus,
Fucis inescatos suis inanibus,
Ac splendidis, breuiq; diffluentibus,
Pompæq; uanis lubricæ spectaculis,
Atque his & illis percitos cupidinis
Blandi ac dolosi persuasionibus,
Percellat, & iugo premat uictos graui.
Mundi quid huius, aerisq; principem,
Hostem potentem, uersipellem, perpetem,
Mille artibus dicamus instructißimum,

Et mille formas induentem, Proteo
Versutiorem, ipsa uel Empusa magis
Mutabilem, meridiano dæmone?
  Non cesset ille, num quiescat improbus,
Rei gerendæ nactus ex sententia
Occasiones in supinos plurimas,
Parumq; cautos? Fraude mendax perfida
Primum parentem qui beatis sedibus
Eiecit, ac simul omnibus cum posteris
(Hoc unius crimen tulit stipendij)
Neci malisq; dedidit grauißimis.
Sic ille Adamum perculit primùm dolis,
Terra creatum. Sed secundum non minus
Est ausus attentare præstigijs suis,
A` summo Adamum cœlitùs missum Deo.
  Leonis idem rugientis in modum,
Quærens hiulcis faucibus quem deuoret,
Obambulat mortalium per agmina.
Mutatus idem sæpe lucis angelum
Mentitur ore, seq; nobis ingerit.
His ergo diras inijcit procax manus,
Ferens apertam Marte uim nefario,
Technas quibusdam tendit occultas uafer,
Et anguis instar incubantis semitæ.
Cuiusque suetus aggredi calcaneum,
Morsu trisulco plurimis necem creat:
Sic uiribus fretus suis & fraudibus,

Et

Et hos & illos mergit Orci faucibus,
Diræ gehennæ puniendos ignibus,
Non tempore illo terminandis ignibus.
Hos ergo contra militem aduersarios
(Cum queis inire fœdus est periculum
Capitale, perniciosum, ineluctabile)
Quisquis dedit nomen suum Christo, diu
Noctuq; in armis excubantem mysticis,
Pro perpetis uitæ beatitudine.
Decet petitas ex sacris oraculis
Certas habere sub manum sententias,
Certaminisq; Christiani formulas:
Quales Pelasgis uersibus quondam pius
Episcopus Nazanze conscripsit tuus,
Non æstimandas uilius lectissimis,
Quos Indicus dat orbis, unionibus.
Non Chrysomallon hisce sed Burgundicum
Ornaueris, uel Gallici Michaelij
Conchas, periscelidem uel Angli principis:
Non his inuares aut tiaram regiam,
Non his monile, res caducas scilicet:
At pectus immortale cœlitùs datum,
Animumq; summo consecratum numini.

Eas suo sermone nunc sententias,
Vt editæ sunt, ac Latinè redditas,
Qua conuenit cura, fideq; publico
Tuo dicatas nomini committimus.

Si non tibi, ſed liberis tamen tuis
Guſmanne, maximo futuras uſui:
Noſtrum niſi nos decipit arbitrium.
Sed plura nobis non licet iam dicere:
Nec eſt opus, ne propriam ſupra modum,
Laudare mercem cenſeamur, & ſimul
Ne prologus ſit fabula prolixior.

DIVI


DIVI GREGORII THEOLOGI, EPISCOPI NAzanzeni, Sententiarum ſpiritualium in Iambis tetraſtichis Libellus primus.

PRAEFATIVNCVLA.

Γρηγορίου πόνος εἰμὶ, τετραστιχίην δὲ φυλάσσω,
γνώμαις πνευματικαῖς, μνημόσυνον σοφίης.

Carmine quaterno ſententia ſacra refertur
Gregorio: iuuenis quam legat, & ſapiat.

Vita duplex, actionis & contemplationis.



Πρᾶξιν προτιμήσειας, ἢ θεωρίαν;
ὄψις τελείων ἔργων, ἡ δὲ πλειόνων.
ἄμφαι μέν εἰσι δεξιαί τε καὶ φίλαι·
σὺ δὲ πρὸς ἣν πέφυκας, ἐκτείνου πλέον.

Operoſa præſtat uita num theoricæ?
Perfectiorum hæc eſt, at illa plurium.
Et hæc & illa grata iuxtà & commoda:
At tu, tibi quæ conuenit, complectitor.

Tantum expiati de rebus ſpiritualibus quærant.

ἤρετό με τις πρόβλημα τῶν ἐκ πνεύματος,

ἰὼ ἐκρυπώθης, εἶπον. ἀλλὰ σωφρονῶ.
ἦν ἐκρυπώθης. νῦν δὲ δεῖ καθαρσίων.
μῦρον δοχεῖον σαπρὸν οὐ πιστεύεται.

Rem ſpiritualem me rogabat quiſpiam.
Luſtratus iſta? inquam. ille, Sum purus ſatis.
Luſtratus iſta quære: nam ſecus nefas.
Vnguenta uaſi ſordido quis credidit?

Non facile quiduis credendum, aut arguendum.
Deo obſecundandum.

μήτ' ἀντίτεινε πᾶσι, μήθ' ἕπου λόγοις·
ἀλλ' οἷς ἐπίστῃ, καὶ ὅσον, καὶ πηνίκα.
θεοῦ δὲ πλεῖον ἐξέχου, ἢ προστάτει.
λόγῳ παλαίει πᾶς λόγος, βίῳ δὲ τίς;

Ne crede uerbo cuique, ne reſiſtito,
Niſi quatenus tempus monebit, & locus.
Deo obſecunda, cui præire non licet.
Contendit ore quiſque, nemo moribus.

Turpe eſt doctori, quum culpa redarguit ipſum.

ἢ μὴ διδάσκειν, ἢ διδάσκειν τῷ τρόπῳ·
μὴ τῇ μὲν ἕλκειν, τῇ δ' ἀπωθεῖσθαι χεροῖν.
ἧττον δεήσῃ τοῦ λέγειν πράττων ἃ δεῖ.
Γραφεὺς διδάσκει τὸ πλέον τοῖς ἐκτύποις.

Vel non doceto, uel doceto moribus.
Hac ne trahens manu, repellas altera.
Verbis egebit, ſanctius uiuens minus.

Pictor tabellis comprobatur editis.

Epiſcopi & præſides ſint oculati.

ὑμῖν λέγω μάλιστα τοῖς τοῦ βήματος,
ὀφθαλμὸν εἶναι μὴ σκότους πεπλησμένον,
μὴ καὶ πρόεδροι τοῦ κακοῦ φαινώμεθα.
εἰ γὰρ τὸ φῶς τοιοῦτο, τὸ σκότος πόσον;

Qui dignitatis obtinetis culmina,
Caliginoſa ueſtra ne ſint lumina,
Antiſtites ne cenſeamini mali.
Si lux tenebræ, quid tenebræ tandem erunt?

Præſtat bene facere, quàm dicere.

ἄφωνον ἔργον κρεῖσσον ἀπράκτου λόγου.
βίου μὲν οὐδεὶς πώποθ' ὑψώθη δίχα,
λόγου δὲ πολλοὶ τοῦ καλῶς ψοφουμένου.
οὐ γὰρ λαλούντων, τῶν βιούντων δ' ἡ χάρις.

Præcellit infectos opus ſilens logos:
Nemo abſque factis altius ſublatus eſt,
At abſque dictis plurimi elegantibus:
Eſt quippe agentis, non loquentis, gratia.

Oblatio Deo accepta.

δῶρον θεῷ κάλλιστόν ἐστιν ὁ τρόπος.
κἂν πάντ' ἐνέγκῃς, οὐδὲν οἴσεις ἄξιον.
ὃ καὶ πένης δίδωσι, τοῦτο πρόσφερε.
μίσθωμα πόρνης ἁγνὸς οὐ μερίζεται.

Donum Deo gratiſsimum, mores pij.
Nihil dignius feres, feras ut omnia.
Quod pauper offert, ipſe idem fac offeras.

Stipem meretricis Deus non accipit.

Nihil Deo uouendum.

μηδέν ποτ' εὔξῃ μηδὲ τῶν μικρῶν θεῷ.
θεοῦ γάρ ἐστι πρὶν λαβεῖν. τί οὖν λέγων
κλέπτεις, τὰ σαυτοῦ μὴ διδούς; καινοῦ χρέους
ἀνανίας σε πειθέτω, σάπφειρά τε.

Nihil uoueto uel rei paruæ Deo.
Illius est, quàm des, prius. iactans tuum,
Fallis, tuum non dans. noui nos debiti
Ananias satis admonet, cum coniuge.

Vita nostra mercatus est.

Πανήγυριν νόμιζε τόνδε τὸν βίον·
ἂν πραγματεύσῃ, κέρδος. ἀντάλλαγμα γὰρ
μικρῶν τὰ μείζω, καὶ ῥέοντ' ἀϊδίων.
ἢν δ' αὖ παρέλθῃ, καιρὸν ἄλλον οὐκ ἔχεις.

Vitam esse nostram crede ueras nundinas.
Mutare lucra, si sequare, nam licet
Aeterna fluxis, uilibusq; maxima.
Sin illa fugit, tempus haud aliud uenit.

Vitæ Christianæ stadium.

πολὺς μέν ἐστιν ὁ προκείμενος δρόμος.
πλείων ὁ μισθός. μὴ βλέπων τὸ πᾶν, ἅμα
τοῦ παντὸς ἀφθῇς, καὶ πλέεις οὐ πᾶν ἅμα.
καὶ τοῦτο πεῖρα πολλάκις τοῦ δυσμενοῦς.

Est cursus omnibus statutus longior,
Sed præmium maius. simul totum sequens,
Caue excidas toto, nec expleas simul

Totum: pios tentare sic dæmon solet.

Nec confidendum nimis, nec desperandum.

μή σφόδρα θαῤῥεῖν, μηδ' ἀπελπίζειν ἄγαν.
τὸ μὲν γὰρ ἐκλύει σε, τῷ δ' ἀνατρέπῃ.
τὸ μὲν κατόρθου, τοῦ δ' ἔχου, τοῦ δ' οὐ φθόνες,
οὐχ ὡς ὁδοῦ τὸ λεῖπον ἀχρειοῖ πόνον.

Ne fide multum, ne'ue despera nimis:
Illud solutos efficit, pessundat hoc.
Hoc corrigens, illud tenens, reliquam sine
Liuore rectius peragrabis uiam.

Cursus uirtutis tenendus.

μὴ θορμὸν ἅπτειν, ἐμμενεῖν δ' οἷς ἂν κίνῃς.
κρεῖσσον προκόπτειν, ἤ τι κόπτειν τοῦ καλοῦ.
καὶ γὰρ κακοὺς καλοῦμεν, οὐχὶ τοὺς κάτω,
τοὺς δ' κἀνίχ' ὑψωθῶσι πίπτοντας μέγα.

Insiste cœptis, quæ caue temerè inchoes.
Nam promouere, non mouere bonum decet.
Malum uocamus, non deorsum qui manet,
Sublimè uectus altius, sed qui cadit.

Vel minima peccandi occasio fugienda.

σπινθὴρ ἀνάπτει καὶ βραχὺς πολλὴν φλόγα,
καὶ σπέρμ' ἐχίδνης πολλάκις διώλεσε.
τοῦτ' οὖν ὁρῶν ἔκκλινε καὶ μικρὸν βλάβος,
μικρὸν μὲν ἐστιν, εἰς ὃ μεῖζον ἔρχεται.

Scintilla magnam parua flammam concitat,

Semenq́; pestem uiperæ sæpe attulit.
Id quum scias, & paruulam labem fuge,
Discrimen ingens namque gignit paruula.

Nosce teipsum.

Benefacta diuitijs præstant.

ἔρευνα σαυτὸν πλεῖον ἢ τὰ τῶν πέλας.
τὸ μὲν γὰρ αὐτὸς κερδανεῖς, τὸ δ' οἱ πέλας.
κρεῖσσον λογισμὸς πράξεων, ἢ χρημάτων.
τὰ μὲν γάρ ἐστι τῆς φθορᾶς, τὰ δ' ἵσταται.

Magis tuas inquire, quàm res proximi:
Hoc proximo prodest, at ipsi illud tibi.
Benefacta præstant quæstui pecuniæ.
Hic est caducus, certa sunt illa & stata.

Pietati studendum.

Lingua frenanda.

ὁ νοῦς ἀεί σοι καμνέτω τυπούμενος
θείοις νοήμασί τε καὶ βίου λόγοις.
γλώσσης δ' ὑφείλου. καὶ γὰρ εὐκολωτάτη
βλάπτειν· τὸ κέρδος δ' ἧσσον οὐ κινουμένης.

Formato mentem sedulò sacris tuam
Sententijs, uitæq́; præceptis piæ.
Linguæ coerce diffluentis lubricum,
Cui concitatæ lucra præstò sunt mala.

Fuga tentationis per uisum.

ὄψις συνήρπασέ με, πλὴν ἀλλ' ἐσχέθη,
εἴδωλον οὐκ ἔστησα τῆς ἁμαρτίας.
εἴδωλον ἔστη πεῖραν. ἐκπεφεύγαμεν.

βαθμοὶ

βαθμοὶ τάδ' εἰσὶ τῆς πλάνης τοῦ δυσμενοῦς.

Nos uisus abripuit, coercitus est tamen:
Statuam locauimus minus Cupidini.
Spectrum dolum tetendit, at nos fugimus:
Seductionis hi gradus sunt dæmonis.

Auditu non abutendum.

κηρῷ τὰ ὦτα φράσσε πρὸς φαύλους λόγους,
ᾠδῶν τε τερπνῶν ἐκμελῆ λιγύσματα.
τοῖς δ' αὖ καλοῖς τε κἀγαθοῖς ἀεὶ δίδου
εἰπεῖν, ἀκοῦσαι, καὶ δρᾶσαι μικρὸν μέσον.

Occlude cera orationi aures leui,
Et delicatis mollibusq; cantibus.
At res honestas & bonas, discrimine
Audire paruo, dicere & facere decet.

Reliquis item sensibus imperandum.

μὴ σφόδρα δ' ὀσμῶν ἐκλύου θηλύσμασι,
ἁφῆς τε λειότησι, μηδὲ γεύσεσι.
τί ἄν ποτ' ἀνδρίσαιο, τῶνδ' ἡττώμενος;
χωρὶς γυναικῶν κἀρρένων ἡδύσματα.

Effeminato odore fac ne diffluas,
Molli'ue tactu, dulcibus'ue saporibus.
Ab hisce uictus, quid uiriliter geres?
Sua masculo est, sua fœminæ oblectatio.

Ventris coercio.

δὸς, εἶπε γαστήρ. ἣν λαβοῦσα σωφρονῇς,
δώσω προθύμως· ἣν δὲ τοῖς κάτω δίδως,

κόπρον

κόπρον λάβοις μὲν, ἀλλ' ὅμως μὴ πλουσίαν.
εἰ δ' οὖν κατάσχοις, δώσομεν καὶ πλουσίαν.

Præbe, aluus inquit. casta si sumens eris,
Statim feres: sin partibus dabis infimis,
Fimum feres cœptum, neque hunc prolixius.
At si tenebis, hunc feres quoque largius.

Risus risu dignus.

γέλως γέλωτος εὖ φρονοῦσιν ἄξιος,
μάλιστα μὲν πᾶς, τὸ πλέον δ' ὁ πορνικὸς.
γέλως ἄτακτος ἐκφορεῖ καὶ δάκρυον.
κρεῖσσον κατηφὲς ἦθος, ἢ τεθρυμμένον.

Risus sagaci quisque risu ducitur,
Dignus uiro, potißimùm meretricius.
Risus solutus sæpe lacrymas ciet,
Tristiq; peior fronte uultus mollior.

Vera forma & deformitas.

κάλλος νόμιζε τὴν φρενῶν εὐκοσμίαν,
οὐχ ἣν γράφουσι χεῖρες, ἢ λύει χρόνος,
ὄψει δ' ὅπερ νοῦ σώφρονος γνωρίζεται,
αἶσχος δ' ὁμοίως τὴν φρενῶν ἀκοσμίαν.

Formam putato mentis ornatum bonæ,
Quem non manus confingit, aut tempus rapit.
Deformitatem mentis incultæ quoque,
Vis acrior quàm cernit, æstima situm.

Contemptus rerum fluxarum.

λῦπαι προῆλθον, ἡδοναὶ, θάῤῥη, φόβοι,
πλοῦτος, πενία, δόξα, δύσκλεια, θρόνοι,

ῥείτωσαν

ῥείτωσαν ὡς θέλουσιν· οὐδὲν ἅπτεται,
τῶν δὲ μενόντων ἀνδρὸς εὖ βεβηκότος.

Mœror, uoluptas, dedecus, penuria,
Opes, honor, ferocitas, metus, throni,
Sicut uolunt, eant, fluant: nihil uiri
Hæc fluxa constantis mouent solertiam.

Vis bonorum operum.
Eorundem summissio.

ὕψου βίῳ τὸ πλεῖον, ἢ φρονήματι.
ὃ μὲν θεοῖ σε, τῷ δὲ καὶ πίπτεις μέγα.
τούξῃ δὲ τούτου, μὴ μικροῖς μετρούμενος·
κἂν πλεῖστον ἀρθῇς, κάτω τῆς ἐντολῆς.

Sublimis esto, non superbo pectore,
Quod deijcit, sed moribus, quod deificat.
Supra modum si metiere te, rues.
Vt altius scandas, minus iussis tamen.

Contra uanam gloriam & simulationem.

δόξαν δίωκε μήτε πᾶσαν, μήτ' ἄγαν.
κρεῖσσον γὰρ εἶναι τοῦ δοκεῖν. εἰ δ' ἄμετρος εἶ,
μὴ τὴν κενὴν θήρευε, μήτε τὴν νέαν.
τί γὰρ πιθήκῳ κέρδος, εἰ δοκεῖ λέων;

Nec quamque, nec nimis sequêre gloriam.
Nam præstat esse, quàm uideri. sin modum
Nescis, caue uanam & nouam quæsieris.
Quid simia prodest, leo si creditur?

Laudatus ne efferaris.

Alium ne temerè laudes.

αἴνει μὲν ἄλλον, μὴ φρόνει δ' αἰνούμενος.
καὶ γὰρ δέος, σε τῶν ἐπαίνων ὑστερεῖν.
μηδ' ἄλλον εὐθὺς, πρίν γε τῇ πείρᾳ μάθῃς·
μή πως κακοῦ φανέντος, αἰσχύνην ὄφλῃς.

Laudatus ipse fortè si superbies,
Egere laudatoribus uidebere;
Et alterum laudans priusquam noueris,
Si uir malus sit, turpiter teipsum dabis.

Ne aliorum obtrectationibus delecteris.

κακῶς ἀκούειν κρεῖσσον, ἢ λέγειν κακῶς.
ὅταν προβῇ τις ἄλλων εἰς κωμῳδίαν,
ὡς εὐφρανῶν σε, σαυτὸν ἐγκεῖσθαι δόκει,
ᾧδ' ἂν μάλιστα δυσχεράνοις τῷ λόγῳ.

Melius malè est audire, quàm malè dicere.
Si modico quis alterum taxet modo,
Gratetur ut tibi, te peti ioco puta:
Sic ludus iste displicebit maximè.

Fortunæ alterius non insultandum.

μηδὲν μέγ' εἴπῃς εὐπλοῶν πρὸ πεισμάτων.
πολλοῖς πρὸς ὅρμον εὐπλοοῦν ἔδυ σκάφος.
πολλοὶ προσωρμίσθησαν ἐκ τρικυμίας.
μί' ἀσφάλεια, μὴ ὀνειδίζειν τύχας.

Caue ante portum uela plena iactites,

Multis ad ipsum fracta littus est ratis:
Terræ appulere sæpe multi ex fluctibus.
Ridere casum nullius, certa est salus.

Melior est conscientia bona in aduersis, quàm metus iudicij in prosperis.

κρεῖσσον καλῶς βιοῦντα, καὶ πονούμενον,
παῤῥησιάζεσθαί τι πρὸς τὸν δεσπότην,
ἢ μὴ καλοῖς θάλλοντ' ἀπαιτεῖσθαι δίκην,
εἰ καὶ τὰ πάντα σὺν λόγῳ πορσύνεται.

Dum sanctius uiuas, & ærumnas feras,
Deum inuocare uoce præstat libera:
Quàm destitutus ut bonis pœnam luas,
Vtcunque cuncta prosperè affluant tibi.

Eleemosynæ modus.

πρόου τὰ πάντα, καὶ θεὸν κτῆσαι μόνον·
εἶ γὰρ μοριστὴς χρημάτων ἀλλοτρίων.
εἰ δ' οὐ θέλεις τὰ πάντα, δὸς τὰ πλείονα·
εἰ δ' οὐδὲ τοῦτο, τοῖς περιττοῖς εὐσέβει.

Spargenda cuncta, dummodo serues Deum:
Aliena namque largiendo das dona.
Si cuncta nolis, fac tamen des plurima.
Sin ne hæc quidem, pius esto de superfluis.

Eleemosynæ retributio.

καλόν τι θνητῶν ἁρπάσαι, καὶ τοῦ φθόνου·
χριστὸν χρεώστην μᾶλλον, ἢ τὰ πάντ' ἔχειν,
βασιλείαν ὃς καὶ κλάσματος χαρίζεται.

χριςὸν σκέπεις, τρέφεις τε τὸν πτωχὸν τρέφων.

Tineis & inuidiæ quid abstrahens, Dei
Perpulchrè habebis debitorem filium,
Pro panis offa regna qui donat sua.
Christum tegis, fouesq́; pauperem fouens.

Quod quisque ius in pauperem statuit, id à Christo feret.

πενὴς προσῆλθεν, εἶτ' ἀπῆλθε μὴ τυχών.
δέδοικα χριςὲ, μὴ κἀγὼ τῆς σῆς χερὸς
χρήζων, ἀπέλθοιμ' ἐνδεὴς, ἐμοῖς νόμοις.
ὃ γάρ τις οὐκ ἔδωκε, μηδ' ἐλπιζέτω.

Adijt me inops, abijtq́; nil ceptum ferens
O' Christe, gratiæ indigens uacuus tuæ,
Vereor ne & ipse lege discedam mea:
Quod namque quis dedit minus, speret minus.

Paupertas pia & secura. Pauperes fouendi.

πένητος ἀνδρὸς οὐδὲν ἀσφαλέστερον.
πρὸς τὸν θεὸν νεύσυκε, καὶ μόνον βλέπει.
σὺ δ' ἀγκαλίζου. ἀετὸς γὰρ, ὡς λόγος
πολὺς, καλιᾷ λεπτὸν ὄρνιν ἀμφέπει.

Nihil uiro indigente securum est magis:
Suspirat ille, spectat & solum Deum.
Hunc excipe ulnis. namque nido (ut dicitur)
Aquila uolucrem paruulam complectitur.

Paupertas diuitijs iniquis prestantior.

κρεῖσσον πενία μὴ δικαίας κτήσεως.
καὶ γὰρ νόσος γε τῆς κακῆς εὐεξίας.
λιμῷ μὲν οὔ τις ῥαδίως διεφθάρη.
τοῖς δ᾽ αὖ κακίστοις πότμος ἡ μοχθηρία.

Opibus iniquis iusta præstat inopia,
Vt constitutione roboris mali
Morbus. repentè nemo disperit fame:
At improbis affert necem peruersitas.

Seruus pro conseruo habendus.

τί δεσπότης, ἢ δοῦλος, ἢ φαύλη τομή;
εἷς πᾶσι πλάστης, εἷς νόμος, κρίσις μία·
ὑπηρετοῦ μὲν, ὡς δὲ σύνδουλον βλέπε.
ὅταν δὲ λυθῆς, τιμιώτερος φανεῖς.

Quid sic herus seruus'ue dicitur? omnium
Sator unus, una lex, & unus arbiter.
Seruum putabis ergo conseruum tuum,
Solutus ipse sic eris præclarior.

Serui fideliter seruiant.

οἱ δ᾽ οἰκέται τί, καὶ μάλιστα οἱ θεοῦ;
μὴ φευγέτωσαν εὐνοεῖν τοῖς δεσπόταις.
ἐλεύθερον καὶ δοῦλον ὁ τρόπος γράφει.
καὶ χριστὸς ὤφθη δοῦλος, ἀλλ᾽ ἠλευθέρου.

Serui quid autem, sed potißimùm Dei?
Heris benignè uelle non cessent suis.
Seruumq; liberumq; mores indicant.

Et ipſe Chriſtus liberator ſeruijt.

Vera nobilitas.

κακῶς δ' ἀκούων αἰσχύνου, μὴ δυσγενής.
γένος γάρ εἰσιν οἱ πάλαι σεσηπότες.
γένους προάρχειν κρεῖσσον, ἢ λύειν γένος.
ὡς καλὸν εἶναι, ἢ καλῶν πεφυκέναι.

Probrum eſt malum uocare, non ignobilem.
Genus eſt eorum qui diu ſunt mortui.
Generi præire, non nocere conuenit.
Melius bonum eſſe, quàm crearier bonis.

Cœleſtia cupidiſsimè expetenda. Cæteris moderatè carendum.

θεοῦ μόνου, θείων τε ἀπλήστως ἔχειν,
ὃς τοῖς λαβοῦσι καὶ πλέον χαρίζεται.
διψῶν τὸ διψᾶσθ', ἀφθόνως ἀεὶ ῥέων·
ἐν τοῖς δὲ λοιποῖς, καὶ φορεῖν ἡσσωμένος.

Solum Deum, & diuina concupiſcito.
Sumentibus qui & plura largiri ſolet:
Sitiens ſitiri, ſemper affluens bonis:
In cæteris uoto excidens, modum obtine.

Contra pertinax uincendi ſtudium.

μὴ πάντα νικᾶν, μηδ' ἀεὶ σπουδὴν ἔχε.
καλῶς κρατεῖσθαι κρεῖσσον, ἢ νικᾶν κακῶς.
καὶ γὰρ παλαιστής, οὐχ ὁ κείμενος κάτω
πάντως κρατεῖται, πολλάκις δ' ὑπέρτερος.

Ne uince ſemper, nec tibi id ſtudio ſiet:

Plerunque uinci pulchrius, quàm uincere.
Persæpe summo uincitur iacens loco,
Non semper ima concidens humo pugil.

Iactura fortunarum quandoque lucrosa.

καὶ ζημιοῦν τι, τοῦτο κέρδος πολλάκις,
ὥσπερ καθαίρειν φυτὸν εἰς σὺνκαρπίαν.
εἰ δ' οὐ καλῶς τι προστιθεὶς οἷς νῦν ἔχεις,
ὕλῃ φέρεις πῦρ, ἢ νόσον τῷ σώματι.

Perferre damni quippiam, lucrum puta,
Vt fructuosam si repurges arborem.
At si quis addat amplius partis malè,
Syluæ addat ignem, corpori morbum afferat.

Noxa proximo remittenda.

εἰ μηδὲν ὄφλεις τῷ θεῷ τιμωρίας,
μηδ' αὐτὸς ἴσθι τοῖς ὀφλοῦσι συμπαθής.
εἰ δ' οἶδας ὀφλῶν, καὶ πρόχρησον τὸ πρᾶον·
οἴκτῳ γὰρ οἶκτος τῷ θεῷ σταθμίζεται.

Si noxiæ nihil Deo debes grauis,
Nec debitori sis benignior tuo.
Sin multa debes, tu prior remiseris:
Sic gratiam pendet Deus pro gratia.

In iniurijs ferendis, passionis Christi memineris.

ὅταν ποθ' ὕβρεις ἐκδάκῃ τὴν σὴν φρένα,
μνήσθητι Χριστοῦ, τῶν ἐκείνου τραυμάτων,
πόσον τι μοῖρα ταῦτα τῶν τοῦ δεσπότου;

ὣς δ' αὖ τὸ λυποῦν ὥσπερ ὕδατι σβέσαις.

Si quando mentem iniuria incendat tuam,
Christi memento, eius memento uulnerum.
Quota namque pars iniuriarum heri tua est?
His omnis extinguetur imbribus dolor.

Castigatione corporis uitijs medendum.

ἔρως, μέθη, ζῆλός τε, καὶ δαίμων, ἴσα,
οἷ' ἂν προσέλθῃ, τὸ φρονεῖν ἐπέκλυσε.
τῆξις, προσευχὴ, δάκρυον, τὰ φάρμακα.
ἡ δ' ἰατρεία τῶν ἐμῶν νοσημάτων.

Vinum, libido, liuor, & dæmon, idem:
Quorum occuparint, opprimunt hæc pectora.
Medentur hisce, lacrymæ, fames, preces.
Sic est meæ curatio ægritudinis.

Omnino non iurandum.

ὅρκον δὲ φεῦγε πάντα. πῶς οὖν πείσομεν;
λόγῳ, τρόπῳ τε τὸν λόγον πιστουμένῳ.
ἄρνησίς ἐστι τοῦ θεοῦ, ψευδορκία.
τί δεῖ θεοῦ σοι; τὸν τρόπον μέσον τίθει.

Iurato nunquam. ut ergo persuadebimus?
Dictis, & actis quæ astruant dictis fidem.
Deum negat, quicunque falso deierat.
Quid est opus Deo? fidem fac moribus.

Compendium legis charitas, & Christi passio.

τί χρηστότητος δόγμα συντομώτερον;

τοιοῦτος ἴσθι τοῖς φίλοις, καὶ τοῖς πέλας,
οἵους σεαυτῷ τούσδε τυγχάνειν θέλεις.
καὶ συντομώτερόν τι, τὰ Χριστοῦ πάθη.

Benignitatis dogma quod breuißimum?
Talem te amicis exhibe, atque proximis,
Quales eos ipsi tibi esse peruelis.
Compendiosius ipsa Christi paßio.

Nil ego contulerim iucundo sanus amico.

Amicitiæ immortales, inimicitiæ mortales sint.

πιστοῦ φίλου νόμιζε μηδὲν ἄξιον.
ὃν οὐ κρατὴρ ἔδειξε, καιροῦ δ᾽ ζάλη·
ὃς χαρίζετ᾽ οὐ μόνον τὸ συμφέρον.
ἔχθρας ὅρους γίνωσκε, φιλίας δ᾽ μή.

Fido nihil putes amico dignius:
Non uina, sed procella quem dat temporum.
Præstabit ille nil, nisi quod commodum est.
Sit finis iræ, amoris autem non siet.

Nil inconsultò agendum.

τἄλλα βλέπων ὀφθαλμὸς, αὑτὸν οὐ βλέπει,
ἀλλ᾽ οὐδὲ τἄλλα, κἂν ἄγαν λημῶν τύχῃ.
τούτου χάριν σύμβουλον εἰς ἅπαντ᾽ ἔχειν.
καὶ γὰρ χερὸς χεὶρ, καὶ ποδὸς ποὺς ἐνδεής.

Oculus uidens alia, seipsum non uidet.
Sin lippiat nimis, nec hæc uidet quidem.
Proinde consultore nobis est opus:

Etenim manus manu, pes indiget pede.

Boni malorum obtrectationem non metuunt.

Turpe quid ausurus, te sine teste time.

εἰ τοῖς καλοῖς ἕποιο νουθετούμενος,
οὐκ ἐντραπήσῃ τοῖς κακοῖς γελώμενος.
ὅταν ποτ' αἰσχρὸν ἐννοῇς, νόμιζέ σοι
πολλοὺς παρεῖναι, καὶ σεαυτὸν ἐντρέπου.

Si qui bonis ritè obsequuti uixerint,
Non erubescent, si mali illos riserint.
Si turpe quidquam cogitas, multos tibi
Adesse credes, te'que met uereberis.

Cum bonis ambula.

ἀεὶ προτίμα τοὺς καλοὺς τῶν μὴ καλῶν.
κακοῖς δ' ὁμιλῶν, καὶ κακὸς πάντως ἔσῃ.
κακοῦ παρ' ἀνδρὸς μή ποτε χρηστὸν πάθῃς.
ζητεῖ γὰρ ὧν βίωκε συγγνώμην ἔχειν.

Malis bonos, & impijs præfer pios.
Si cum malis uiues, & ipse eris malus.
Nunquam boni quidquam dabit uir improbus,
Iniuriarum flagitat qui gratiam.

Cõmoditas ex inimico capienda.

ἐγώ τι κέρδος ἐκλέγω καὶ δυσμενοῦς.
τὰς γὰρ λαβὰς φεύγοντας, ἀσφαλεστέρους
εἶναι παραινῶ, καὶ τὸ πικρὸν φάρμακον
ὅμως δέδωκα, καὶ τὸ ἡδὺ μέμφομαι.

Ex hoste & ipso commodum decerpitur.
Illum cauendo, rectius uitam reges.
Metuenda prorsus sunt acerba pharmaca:
Culpanda non minus tamen suauia.

Inimici patientia frangendi atque corrigendi.

καλοὺς ἀμείβου, τοὺς κακοὺς περιφρόνει.
κἂν τοῖσδε κείσθω, τοῦ παθεῖν μηδὲν, χάρις
ὡς ἂν καλοὺς καὶ τούσδε ποιήσῃς χρόνῳ,
τῷ μακροθύμῳ. χρηστότης καλὴ δόσις.

Probis honorem pende, despice improbos,
Queis gratiam minus refer nocentibus:
Reddas & ipsos probos patientia,
Dieq;. dos benignitatis maxima est.

Benignitatis lex.

πᾶσι μὲν ἴσθι χρηστὸς, εἰ τοῦτο σθένος·
πλέον δὲ τοῖς ἔγγιστα. τοῦ χάριν λέγω;
τίς ἄν σε πιστύσειε τοῖς ξένοις καλὸν
εἶναι, τὸν οὐ δίκαιον οἷς ὀφείλεται;

Fac sis benignus omnibus quoad potes,
Sed proximis potißimùm: causam hanc habe.
In hospites quis esse te credat pium,
Qui sis, quibus debes, iniquus in tuos?

Nobis ipsis, non diabolo, peccati culpam adscribamus.

τί πάντα τὸν δύστηνον αἰτιώμεθα
ἐχθρὸν, διδόντες τῷ βιοῦν ἐξουσίαν;

μέμφου σεαυτὸν ἢ τὸ πᾶν, ἢ τὸ πλέον.
τὸ πῦρ παρ᾽ ἡμῶν, ἡ δ᾽ φλὸξ τοῦ πνεύματος.

Hostem quid accusamus usque perditum?
Et moribus permittimus licentiam?
Te criminare prorsus ipsum, aut maximè.
Nos ignem habemus, spiritus flammam ciet.

Somnia ne cures.

μὴ σφόδρ᾽ ἕπεσθαι παιγνίοις ἐνυπνίων,
μηδ᾽ ἐκπλαγέντα εἰς ἅπαντ᾽ ἔχειν φρένα.
μηδ᾽ ἐπαίρου μοι δεξίοις φαντάσμασι.
λόχος τάδ᾽ ἐστὶ πολλάκις τοῦ δυσμενοῦς.

Caue nimis ludos sequare insomniûm,
Rebus'ue mens tua terreatur omnibus,
Nec uisionibus superbito bonis:
Persæpe fraudis ista sunt diabolicæ.

Spes bona in rebus omnibus.

ἐλπὶς προκείσθω δεξιοῦ πάντως τέλους.
εἰ γὰρ συνεργός ἐστί τις τοῦ χείρονος,
πῶς οὐ καλοῦ δίκαιον εἶναι καὶ πλέον;
οὐ γὰρ φορῶ γε, τῷ κακῷ νικώμενος.

Propone cœptis prosperum finem tuis.
Si namque rebus constat adiutor malis,
Quanto magis tandem adiuuat Deus bonas?
Non est enim uincatur ut malo bonum.

Doctrina & prudentia nihil certius & præstantius.

ἢ γοῦ τύχης φρόνησιν ἀσφαλεστέραν.

ἡ μὲν γάρ ἐστι πραγμάτων κούφη φορά,
ἡ δ' οἰακισμός· μηδ' ἓν παιδεύσεως
νόμιζε κρεῖσσον, ἢ μόνη κεκτημένων.

Ventis ſecundis tutior prudentia.
Fortuna rebus afflat impetum leuis,
At hæc gubernat. literis præſtat nihil,
Quæ certius bonis tenentur omnibus.

Declina à malo, & fac bonum.

Procliuis ad perniciem uia.

τὸ δραστικὸν δείκνυε, μὴ τῷ δρᾶν κακῶς,
τῷ δ' εὖ τι ποιεῖν, εἰ θέλεις εἶναι θεός.
τὸ δ' ἐστὶν ἀνδρὸς εἰδότος τὸ συγγενές.
κτείνει δὲ ῥᾶστα καὶ τρυγὼν καὶ σκορπίος.

Fac ſtrenuus ſis non patrando turpiter,
Bene ſed agendo, ſi uoles fieri deus,
Id quod facit, cui cognitum eſt genus ſuum.
Facilè enecat cicuta iuxtà, & ſcorpius.

Senex ſit ſapiens.

Iuuenis fortis & temperans,

αἰσχρὸν νέον γέροντος ἀσθενέστερον
εἶναι, γέροντα δ' ἀφρονέστερον νέου.
ὅμως ὁ μὲν καθ' ὥραν ἔστω πάνσοφος.
τὸν δὲ κράτιστον καὶ πρὸ ὥρας σωφρονεῖν.

Res eſt inepta, infirmior iuuenis ſene,
Iuuene ſimul prudentior minus ſenex.
Per tempus hic ſapiens quidem ſit admodum,
Vel ante tempus ille uerò temperans,

Salus

Salus cuiq; sua operanda.
Vigilandum.

ἀεὶ μὲν ἐργάζοιο τὴν σωτηρίαν.
καιρὸς δὲ δὴ μάλιστα ἡ βίου λύσις:
τὸ γῆρας ἦλθεν, ἔξοδον κήρυξ βοᾷ.
πᾶς εὐτρεπίζου, πλησίον γὰρ ἡ κρίσις.

Operanda cuique semper est salus sua:
Sed id requirit terminus uitæ magis.
Senecta præsto est, exitum præco sonat.
Paratus esto quisque, iudex aduenit.

Diuitijs præstat prudentia.

ἔφησέ τίς που τῶν φιλοχρύσων τάδε,
θέλω τύχης σταλαγμὸν ἢ φρενῶν πίθον.
πρὸς ὅν τις ἀντέφησεν τῶν φιλοφρόνων,
ῥανὶς φρενῶν μοι μᾶλλον ἢ βυθὸς τύχης.

Quum sic auarus diceret: Sortis bonæ
Stillam uel antefero cado mentis bonæ:
Hunc doctus aduersum inquit, At mentis bonæ
Guttam profundo præfero sortis bonæ.

Duplex Dei negatio.
Matura pœnitentia.

πέρας λόγου, διοσσή τις ἄρνησις θεοῦ,
ἔργῳ, λόγῳ τε· μὴ κλαπῇς περισκόπει.
(ἀεὶ διώκει λαθρίοις παλαίσμασι)
μήπως δεηθῇς ἐσχάτων καθαρσίων.

Finis libri, negatio duplex Dei:
Verbis & actis. ne supremis prospice.

(Latente semper instat ille prælio.)
Opus tibi oppresso siet piaculis.

DIVI GREGORII THEOlogi, episcopi Nazanzeni, Sententiarum spiritualium in Iambis distichis Libellus secundus.

PRAEFATIVNCVLA.

Ponè minor sequitur paruum liber iste libellū,
Qui gemino sensum carmine quemque ligat.

Principij boni finis bonus.

ἀρχῆς καλῆς κάλλιστον εἶναι καὶ τέλος,
ὀρθῶς δοκοῦσιν οἱ ὅροι τῶν πραγμάτων.

Cœptis bonis finem bonum succedere,
Negotiorum ritè monstrat exitus.

Principium simul & finis bonus uitæ est purificatio.

ἀρχὴ καλὸν τίκτουσα τοῖς βροτοῖς πέρας,
βίου κάθαρσις ἐνθέως ἀσκουμένη.

Initium finem ferens homini bonum,
Diuina uitæ prorsus est lustratio.

Contra magniloquentiam.

λόγοις πτερωθεὶς μὴ πτερῶν ἔξω πέτα·
πτερῶν γὰρ οὔτε πλειόνων ἵπταται δίχα.

Altum

Altum petens uerbis, modum ut teneas uide
Nam nec uolucris absque pennis euolat.

Contra abusum scientiæ.

γνῶσις βροτοῖς μέγιστον ἐν βίῳ κλέος·
κακὸν δ' αὕτη τοῖς κακῶς κεχρημένοις.

Est maximum uitæ decus scientia:
Sin ritè non utare, maximum malum.

Aduersus inanem gloriam.

κενή σε δόξα μηδόλως συναρπάσῃ.
καὶ γὰρ πανοῦργον τοῦτο τοῖς ἁπλουστέροις.

Ne uana transuersum ferat te gloria:
Subuertit illa namque fraude simplices.

Cursus bonorum operum tenendus.

εὖ δρῶν φύλαττε σαυτὸν ἐν τούτῳ μένειν.
ταχὺς γάρ ἐστι πρὸς τὸ χεῖρον ὁ δρόμος.

Bene faciens cœptum tenere pergito.
Est namque cursus in malum procliuior.

Contra risum, iram, uaniloquentiam.

γέλως κρατείσθω, καὶ θυμὸς λάβοι πέρας.
ἀργὸς δὲ παντάπασιν εἰργέσθω λόγος.

Risu abstineto, finis iræ sit celer:
Inane uerbum labra nesciant tua.

Deum time.

Honora parẽtes, sacerdotes, senes.

θεὸν φοβοῦ πρώτιστα, καὶ γονεῖς τίμα·

ἱερεῖς

ἱερεῖς ἐπαίνει, πρεσβύτας σέπτως ἔχε.

Deum timeto, honorem habe parentibus:
Laudato mystas, & uiros canos cole.

Liberi cum parentibus iure manum non conferant.

ὄὐκ δίκαια πατρὶ μηδόλως λέγειν,
θεσμός δ᾽ ὁρίζει, καὶ πρὸ θεσμῶν ἡ φύσις.

Iure experiri cum parente filium,
Quum scripta, tum natiua lex uetat satis.

Quod tibi factum nolis, alteri ne feceris.

οἷα πρὸς ἄλλου μὴ παθεῖν ὅλως θέλεις,
τοιαῦτα καὶ σὺ μὴ δρᾶν ἄλλῳ θέλε.

Ab altero quod ferre nolis, aut pati,
Id rursus alteri uide ne feceris.

Iusta in malos animaduersio.

οὐ δεινὸν ὀργὴ, δεινὰ τοῖς εἰργασμένοις.
καὶ γὰρ δικάζει τοῖς ὁμοίοις ἡ δίκη.

Est ira non grauis, patranti quidpiam
Grauius: pari par namque iura puniunt.

Lingua sapientis.
Lingua stulti.

χείλη σοφὰ στάζουσιν ἡδίστους λόγους·
φάρυγξ δ᾽ ἢ πικρὸς ἐξεβρύνεται μάχας.

Sapientis ore suaue uerbum profluit:
Fauces amaræ nil nisi rixas sonant.

Oratio

Oratio concinna.

Oratio inepta.

ῥεῖθρα γλυκασμοῦ γλῶσσα βλύζει στωμύλη.
ῥήσεις δ' φαύλας ἄκριτον γεννᾷ στόμα.

Nil dulcius linguæ disertæ flumine:
Voces inanes os ineptum procreat.

Fortunæ amici.

πτωχοὺς φίλους λάθωσι πλουσίων θύραι.
λαμπραὶ δ' αὐλαὶ πλουσίοις ἀεὶ φίλαι.

Potens amicum pauperem nescit domus.
Amica semper diues aula diuiti.

Temperantia.

Crapula.

ὕδωρ ποτὸν φέριστον σὺν κρατοῖ φρένας·
θολοῖ δ' τὸν νοῦν συλλαβοῦσα κραιπάλη.

Vim mentis acrem potus undæ temperat:
Obæsus illam uerò luxus obruit.

In uino luxuria.

οὐκ οἶδεν οἶνος σωφρονίζειν τὴν φύσιν·
κινεῖ δ' μᾶλλον ἡδονὰς παροξύνων.

Quis uina credat nosse continentiam?
Quæ sumpta mollem concitant libidinem.

Pinguis uenter sensum acrem reijcit.

Νοῦν λεπτὸν ὄγκος ἐκδιώκει γαστέρος·
τἀναντία γὰρ τοῖς ἐναντίοις μάχη.

Excludit aluus uastior mentem bonam:

Contrarijs

Contrarijs nam pellitur contrarium.

Mensa frugi.

κρείσσων τροφὴ σύμμετρος εὐπορουμένη,
ἢ δεῖπνος ἁβρὸς, ὃν ἔπλασέ τις τ' ὄναρ.

Paruo parata cœna frugi plus iuuet,
Quàm mensa lauta, quam struas per somnium.

Stulti sibijpsis uidentur diuites.

πλουτοῦσι μωροὶ τοῖς ὀνείρασι πλέον,
ἢ χρημάτων ἄβυσσον οἱ κεκτημένοι.

Ditescit amens somnij prolixius,
Abyssus auri quàm cui sit maxima.

Orbitas stultis liberis præferenda.

κρείσσων ἄπαις, ἢ μωρὰ κύειν ἔκγονα.
ὁ μὲν γὰρ οἶος, οἱ δὲ πολλοὶ καὶ κακοί.

Malo orbitatem, quàm pudendos liberos.
Ibi solus: hic cum pluribus sim, sed malis.

Pastor nimium mulgens, elicit sanguinem.

ποιμὴν ἀμέλγει καὶ τράγους, εἴπερ θέλει·
ἀντὶ γάλακτος δ' αἱμάτων πηγὰς ὕσει.

Mulget uel hircos, si uelit, pastor malus:
Sed elicit pro lacte sanguinem merum.

Contra turbatores ordinis.

ἡ σὺς ἐποπτεύουσα δειπνοποιΐαν,
οἶδε τραπέζης τοὺς ὅρους μὴ συγχέειν.

Porcus sibi cibum pararier uidens,
Seruare mensæ nouit ordinem suæ.

Ordo seruandus.

βίαζε καὶ σὺ τοὺς ἀτάκτους, μὴ λύειν
τάξιν πρεπώδη, καὶ νόμοις ἡρμοσμένην.

Tu dissolutos coge, ut ordinem quoque
Teneant decorum, & comprobatum legibus.

Contra eosdem.

ἡ πρὸς τὰ νεκρὰ τῶν χαμαιριφῶν μέλη,
τάξις τιμᾶται τῶν κυνῶν ἠθροισμένων.

Pecoris humi iacentis ad putres dapes,
Canibus coactis ordo seruatur suus.

Commune hominum sepulcrum terra.

παντὶ βροτῷ θνήσκοντι πᾶσα γῆ τάφος.
πᾶν γὰρ τὸ ἐκ γῆς, γῆ τε, καὶ εἰς γῆν πάλιν.

Homini sepulcrum est terra quæuis mortuo:
Terra editus, terra ipse, terræ redditur.

Legum obseruatio timore caret.

νόμον φυλάττων, τοὺς φόβους ἔξω βάλῃς.
φόβων γὰρ ἔξω πᾶς ὁ τῶν νόμων φύλαξ.

Seruando legem, omnem timorem abieceris:
Extra timorem nam tenens legem manet.

Sapientia ærumnas uitat.

κύδοξνος ἴσμων φεύξεται τρικυμίας.
καὶ δεινὰ πάντα νοῦς σοφὰς φέρων φρένας.

Fluctus peritus effugit rector graues,
Sapiensq; dura sortis aduersæ omnia.

In uia uirtutis persistendum.

ζωῆς ἀρίστης μὴ φρόνει τἀναντία·
καὶ γὰρ πρόδηλος τῆς κακίας ἡ πλάνη.
Vitæ caueto quod repugnat optimæ:
Nam pronus ad uitium error omnibus patet.

Prudentia non reformidat ærumnas.

μέγιστος ἄκμων οὐ πτοεῖται τοὺς ψόφους.
καὶ νοῦς ἐχέφρων πᾶσαν ἐκκρούει βλάβην.
Grauibus nihil mouetur incus pulsibus:
Infracta casus mens repellit noxios.

Timidi negociorum umbras metuunt.

φύλλων λαγωοὺς ἐκφοβοῦσιν οἱ κτύποι·
ἄνδρας δ' ἀνάνδρους αἱ σκιαὶ τῶν πραγμάτων.
Folium sono lepores strepens suo, uiros
Effœminatos umbra rerum territat.

Pauper ditiori donans.

μισῶ πένητα πλουσίῳ δωρούμενον·
ὡς τῷ λέγοντι, τοῦ τρέφειν λελησμένῳ.
Odi potenti dona dantem pauperem:
Qui multa promittat, nihil præstet tamen.

Orator bonus & malus.

ῥήτωρ πονηρὸς τοὺς νόμους λυμαίνεται·
ἁγνὸς δ' ὁ ῥήτωρ σύγκρατος ἁρμοσία.

Orator infert legibus damnum malus:
Bene administrat integer rempublicam.

Deus pupillorum uindex.

γελῶσιν οἱ πλουτοῦντες ὀρφανῶν ψόγους,
αὐτὴν γελῶσι τὴν θεοῦ τιμωρίαν.

Ridendo diues orphanorum lacrymas,
Ipsius iram uindicis ridet Dei.

Sententiæ magis quàm uerba legum spectanda.

νόμοις περιδραμεῖται πρὸς ὀλεθρίαν,
ὁ μὴ νόμου φύλαξιν ἐννόμως φέρων.

Accersit ingens legibus malum sibi,
Qui ritè sensum legis obseruat minus.

Pauperes humilia cogitant.

πέφυκε τοῖς πένησι μὴ φρονεῖν μέγα·
τοῖς πλουσίοις γὰρ οὐδ᾽ ἡ φροντὶς τοῦ βίου.

Sublimius nil cogitat uir indigens:
Non ipse curæ uictus est potentibus.

Etiam stulti quandoq; admoniti sapiunt.

παίδευε μωροὺς, ὡς ἐφικτὸν τῇ φύσει·
ἔξουσι γάρ που καὶ φρένας παρ᾽ ἐλπίδα.

Doceto stultum, pro uirili, quod potes:
Spem præter omnem fors erit prudentior.

Vis castigationis durioris.

πλήττων σίδηρος ἐκπυροῖ καὶ τοὺς λίθους·
σκληρὰν δὲ μάστιξ παιδαγωγεῖ καρδίαν.

Vis saxa ferri cogit ignem reddere:
Austera pectus corrigit coercio.

Iusiurandum nec offerendum, nec accipiendum.

ὅρκους κάκιστον διδόναι, καὶ λαμβάνειν·
ἴσως γὰρ ἀμφοῖν προσκέκρουκας τῇ δίκῃ.

Siue ipse iures, siue iuretur tibi,
Malum est: utroque fors modo ius læseris.

Thesaurus sempiternus parandus.

ἐς αἰῶνα θησαύριζε τὸν ἔξω τέλους·
οὗτος γὰρ ἐκλέλοιπε καὶ πρὸ τοῦ τέλους.

Opes parato finis expertes tibi:
Nam quas recondis, & ante finem diffluunt.

Diuitiarum contemptus.

μὴ δὴ φίλει τὸν ὄλβον, ὃν λύει χρόνος.
ὃ γὰρ χρόνος δόμησε, καὶ λύσει χρόνος.

Felicitatem non ames, quam fert dies.
Nam quod dies construxit, id soluit dies.

Pudor fœminas decet.

αἰσχρὸν γυναίοις ἄρσεν ἦθος ἐκφόρειν.
ταῖς κοσμίαις γὰρ τάξις ἡ αἰδὼς ξυνή.

Mores uiriles indecori fœminis:
Quarum modestiam ornat in primis pudor.

Voluptas momentanea.

κάταντές ἐστιν ἡδονὴ τοῖς χρωμένοις·
καὶ ὡς πρόσεισιν, οἴχεται λίθου δίκην.

Prompta est uoluptas omnibus fruentibus;
Sed ceu lapis, uelut aduenit, sic mox abit.

Valetudo corporis.

οὐδεὶς ὑγείας πλοῦτος ἀλγοῦσι πλέον·
σοφῶς τε ταύτην ἡ φύσις ἀεὶ θέλει.

Nil sanitate optatius dolentibus:
Sapienter hanc natura nunquam non petit.

Inaniloquentia.

ἦχοι θαλάσσης ἀνδρὸς ἄφρονος λόγοι.
βάλλουσιν ἀκτὰς, οὐ πιαίνουσι χλόας.

Sonus maris sunt uerba dementis uiri:
Qui uerberant littus quidem, sed nil rigant.

Donis etiam sapientes capiuntur.

πείθουσι δῶρα καὶ σοφοὺς παραβλέπειν·
βροτοῖς δὲ θήρα χρυσὸς, ὡς πτηνοῖς πάγη.

Sapiens ut erret, sæpe suadent munera:
Laqueo uolucris, at uir auro prenditur.

Spiritus tristis exsiccat ossa.

γῆρας λύπαι τίκτουσι καὶ πρὸ τῶν χρόνων.
ἃ γὰρ τρόπος καθεῖλεν, οὐ στήσει χρόνος.

Et ante tempus mœror efficit senes:
Mores quod abstulere, non sistit dies.

Ministræ uitiorum diuitiæ.

πλοῦτος τάχιστος τῶν κακῶν ὑπηρέτης·
καὶ γὰρ πρόχειρον εἰς πανουργίαν κράτος.

Vitij ministræ sunt opes celerrimæ,

Et prona prorsus ad malum potentia.

Nil amico fido conferendum.

οὐκ ἔστιν οὐδὲν βέλτιον κτῆμα φίλου.
πονηρὸν ἄνδρα μηδέ ποτε κτήσῃ φίλον.
Non est amico certior possesio:
Amicus improbus tibi ne sit, uide.

Ordinis uirtus.

τάξις τιμάσθω καὶ προηγείσθω κράτους.
κράτος γὰρ αὐτὴ, καὶ κράτους ἀεὶ φύλαξ.
Vt ordinem fac præferas potentiæ:
Custos potentiæ ordo habet potentiam.

Curæ cor & ossa exedunt.

νοῦς ἐμμέριμνος σῆς βιβρώσκων ὀστέα·
θάλλει δὲ σῶμα φροντίδας παρατρέχον.
Tinea est adedens ossa pectus anxium:
Curis soluta mens adauget corpora.

In satietate est intemperantia.

οὐδεὶς κόρος πέφυκε σωφρόνως ἔχειν·
καὶ γὰρ τὸ πῦρ εἴωθε ταῖς ὕλαις θέειν.
Tenere abundans, nescit ubertas modum,
Cursumq; flamma per struem tenet suam.

Vinum mentis deliquium affert.

οἶνος πάθους ἔγερσις ἐκλελοιπότος.
ὕλη γὰρ εἰσρέουσα ῥώννυσι φλόγα.
Prolixa mentis uina defectum cient:
Nam & ignis affluente crescit fomite.

Iudiciorum metus multos in officio continet.

φεύγουσιν ὀργὰς οἱ δίκας δεδοικότες·
θυμὸν γὰρ ἐξάπτουσι πολλάκις δίκαι.

Iram fugit, si quis ueretur iudicem:
Accenditur nam sæpe iudicijs furor.

Afflictio non addenda afflicto.

δεινὸν πόνοις κάμνοντι προσθεῖναι πόνους.
ἀλλ' οὖν πόνους ἔπαυσε πολλάκις πόνος.

Durum est, malis presso mali quid addere:
Malum tamen plerunque sistitur malo.

Alijs metuentes, ipsi quandoq; periclitantur.

ἄλλοι μὲν ἄλλων τοὺς πόνους δεδοικότες,
ἄλλοις ὁρῶνται κινδυνεύοντες πόνοις.

Sæpe alteri casu timens ab altero,
Ipse altero premi uidebitur malo.

Ad sempiternam gloriam aspirandum.

δόξης ἀεὶ φρόντιζε τῆς αἰωνίου·
ἡ γὰρ παροῦσα ψεύδεται καθημέραν.

Aeterna curæ cuilibet sit gloria:
Præsens enim ista quolibet fallit die.

Pessimus consiliarius ira.

οὐδεὶς μετ' ὀργῆς ἀσφαλῶς βουλεύεται·
τὰ γὰρ μετ' ὀργῆς οὐδέπω βουλὴν ἔχει.

Certi per iram consilij nil ceperis:

Quod namque consulit ira, consultum est parum.

Fœminæ malæ.

δεινὸν δράκοντες, καὶ κακοῦργον ἀσπίδες·
διπλῆ γυναικὸς δεινότης ἐν θηρίοις.

Mali dracones, sunt malignæ & aspides.
Duplex ferarum in fœminis malignitas.

Respice finem.

πείθουσι γυμνὰ τοὺς ὁρῶντας ὀστέα,
ὡς οὐδὲν ἡμῖν προσφυὲς τῶν ἐνθάδε.

Nudæ exhibent spectantibus caluariæ,
Hic esse cuiquam proprium nihil rei.

Mali corui, malum ouum.

εἰ λοξὰ δὴ βαίνουσι καρκίνων γόνοι,
πεῖραν λάβωσι μητρικῶν βαδισμάτων.

Si calle cancri fœtus obliquo meat,
An non parentis ille prorepit uia?

Eiusdem sententiæ.

δώσεις προδήλως ἐκβιάζων τὴν φύσιν,
καλοὺς μαθητὰς ἐκ κακῶν διδασκάλων.

Natura uicta frena si susceperit,
Erit magistri alumnus improbi bonus.

Ornamenta uirtutis.

Commiseratio pauperum.

κόσμει σεαυτὸν τοῖς καλοῖς τεκμηρίοις·
καὶ μὴ πένητος ὀρφανοῦ καταφρόνει.

Pulcherrimis signis teipsum ornaueris:
Nec pauperem orbum spreueris superbius.

Benedictio Domini ditat.

θεοῦ διδόντος, οὐδὲν ἰσχύει φθόνος·
καὶ μὴ διδόντος, οὐδὲν ἰσχύει κόπος.

Deo benignè dante, nil liuor ualet:
Non dante uerò, nil labor uanus potest.

Lex Rhadamanthina talionis.

τίκτεις ἔχιδνα, μὴ φοβοῦ τὰς ὠδίνας.
ἔχεις λαβοῦσα μητρικοῦ πεῖραν τόκου.

Pariens dolores cur abhorres uipera?
Nixus parentis fac periculum tuæ.

Strenuorum tantùm est gloria.

οὐδεὶς ἀριστοὺς ἐκ προδήλου δειλίας·
νίκαι γὰρ εἰσπράττουσι τὰς εὐφημίας.

Timore nemo clarus unquam prodijt:
Nam gloriam fortes ferunt uictoriæ.

Somnolentorum propria sunt somnia.

ἀνὴρ ὑπνώδης εὑρέτης ὀνειράτων·
μύστης γὰρ ὕπνος φασμάτων, οὐ πραγμάτων.

Somno uacans sibi ipse gignit somnia:
Rem somnus ipsam nesciens, spectrum uidet.

Vi rebelles cohibentur.

εἴωθε πείθειν μὴ θέλοντας ἡ βία·
ἄγχει γὰρ αὐτὴ καὶ γίγαντας πολλάκις.

Apud rebelles uis habet Suadæ locum,
Manus & ipsis afferens gigantibus.

Belua multorum capitum uulgus.

δήμου σφαλέντος πᾶς ἀγύρτης ἄρχεται·
δῆμος δὲ πάντη τῶν καλῶν ἀταξία.
Vulgo furente ſæpe agyrtes imperat:
Rerum bonarum uulgus eſt confuſio.

Iuſtum & ocioſum opus.

Ἔργον, πάρεργον.

ἔργον πάρεργον οὐδαμῶς ἔργον λέγω·
τῶν γὰρ παρέργων καὶ καταφρονητέον.
Opus ocioſum quis'nam opus iuſtum uocet?
Quod quiſque prudens rectius contempſerit.

Munerum corruptela.

Δωροδοκία.

χρυσοῦ λαλοῦντος ἅπας ἄπρακτος λόγος.
πείθειν γὰρ οἶδε, κἂν μὴ πέφυκε λέγειν,
Auro loquente nil poteſt oratio:
Perſuadet aurum namque, ſit mutum licet.

Pax mundana.

ἔξουσι καὶ νῦν τὰ πρὸς εἰρήνην φέρειν,
οἱ πρὸς τὰ ῥευστὰ τοῦ βίου μεμηνότες.
Et hic beata pace perfrui queunt,
Caduca qui mirantur iſta perditè.

Amicus. Inimicus.

φίλοι λαλοῦσι τοῖς φίλοις ἅπερ φίλα·
ἐχθροὶ δὲ φαυλίζουσιν αἰσχρῶς τοὺς φίλους.
Amicò amicus grata quæ nouit facit:
Inimicus eſt, lædens amicum turpiter.

GREGORII THEOLOGI Nazanzeni Episcopi, Sententiarum spiritualium in Distichis elegiacis Libellus tertius.

PRAEFATIVNCVLA.

Pauca quidem numero, sed magno grandia sensu,
Paruus & hic affert Disticha sacra liber.

Expedita huius uitæ nauigatio.

γυμνὸς ὅλος βιότοιο τάμοις ἅλα, μὴ ἢ βαρεῖα
νηῦς ἐπὶ πόντον ἴοις αὐτίκα δυσομένη.

Nudus in hoc uitæ pelago decurre, grauata
Pondere ne pessum nauis onusta ruas.

Meditatio mortis leuem mortem efficit.

ὡς αἰεὶ κρυεροῖο παρεστηκότος θανάτοιο
μνώεο, καὶ θανάτου ἥσσονος ἀντιάσεις.

Sis memor instantis semper tibi funere mortis,
Hoc minus horrenda morte fruêre modo.

Mens ueluti templum Deo consecranda.

αἰεὶ νηὸν ἔγειρε θεῷ νόον, ὥς κεν ἄνακτα
ἵδρυμ᾽ ἄϋλον ἔχης ἔνδοθι σῆς κραδίης.

Aedes ipse Deo sacratas erige mentem,

Vt pia deuoto numina corde geras.

Eadem aliter.

Vt tecum ſemper præſentia numina geſtes,
Construe ſancta tuo pectore templa Deo.

Noſce teipſum.

γνῶθι σεαυτὸν ἄριστε, πόθεν, καὶ ὅς τις ἐτύχθης·
ῥεῖά κεν ὧδε τύχῃς κάλλεος ἀρχετύπου.

Si teipſum noris qui ſis, tua quæ ſit origo:
Sic ortum poßis noſcere primigenum.

Eadem aliter.

Quum teipſum noſces, qui ſis, atque unde profectus,
Tum formæ cernes quæ ſit origo tuæ.

Mens firma uolubilitati uitæ non ſubiacet.

ἦμαρ ἐπ' ἦμαρ ἄγει σε, κυλίνδεται ὅς τις ἐλαφρός.
γνώμη δ' εὐπαγέος ἦμαρ ἄλυτον ἔχει.

Lux nos in lucem trudit, uoluuntur inanes:
Aeternam lucem mens bene firma tenet.

Rebus fluxis non fidendum.

ὅστις ἀπερχομένοισι καὶ ἐρχομένοισι πέποιθε,
ῥεύματι πιστεύει οὔποτε ἱσταμένῳ.

Quæ ueniunt, abeunt rebus, ſi niteris: amni,
Qui non conſiſtat, fidis amice leui.

Eadem aliter.

Quæ ueniunt, rebus ſi fidis, quæq; recedunt,
Vndis te fluuij credere ſcito uagi.

Idem est uel uerbis uel factis errare.

ἶσον ἐμοὶ κακόν ἐστι βίος, καὶ μῦθος ἀλιτρὸς·
ὁππότερόν κεν ἔχοις καὶ θατέροιο τύχοις.

Idem sermonis lapsus uitæq; putandus,
Alter ubi fuerit, mox quoque & alter erit.

A' sacris prophani absint.

Non cuiusuis mortui cineres colendi.

οὔθεις ἄναγνον ἐόντα περιστάμεναι θυέεσσι·
δεινότερον νεκύων λείψανα πάντα σέβειν.

Sacras pollutum, scelus est, consistere ad aras:
Nec functi quæuis ossa colenda tibi.

Virtutis uiæ insistendum.

In uia peccatorum non standum.

ἵστασο μή ποθ' ὁδοῖο καλῶν, κακὸν ἐς βυθὸν ἕρπειν.
σοὶ στάσις, ὅστις ἔθης, ἔκτοθι τῆς κακίης.

Tramite perge boni, ne præcipitere profundo:
Stare uolens, extra limina stato, mali.

Vitiorum exitium non cernens, etiam cernens cæcus est.

Vestigia Diaboli acutissimi tantum uident.

τυφλὸς ὁρῶν, ὃς ἑῆς κακίης οὐκ ὄσσετ' ὄλεθρον,
ἴχνια μαστεύειν θηρὸς ἄκρων φαέων.

Nil cernit, propriæ non cernens præmia noxæ:
Signa pedum cernunt lumina summa feræ.

Aegrotus

Aegrotus morbum suum non celet.

χρήζων δὴ παθέεσσιν ἀκέστορος, ἢν κακὰ κεύθῃς,
οὔ ποτε σηπεδόνα φεύξεαι ἀργαλέην.

Aeger egens medici, sua si discrimina celet,
Non poterit carie non periisse graui.

Præstat bene uiuere, quàm bene dicere.

σὸς λόγος, ἔργον ἐμοῖο. ὃς οὐ καλὸν ἔργον ἔρεξεν,
εὐεπίην ἐχέτω σύμμαχον ἀμφίθετον.

Sint tua dicta, meum sit factum. turpia patrans,
Facundi dubiam uendicet oris opem.

Eadem aliter.

Sis melior dictis, ego factis: impia uita
A' docto ueniam criminis ore petat.

Ocia dant uitia.

ὑβριστὴς κόρος ἐστίν· ἐγὼ δέ σε βούλομ' ἀεί γε
ἔργον ἔχειν ψυχῆς πῆξιν ἀειστρεφέος.

Ocia luxuriant: quod agas, tu semper habeto,
Vt tibi mens erret irrequieta minus.

Thesaurus cœlestis. Diuitiæ fluxæ.

πλουτεῖν δ' αὖ θεότητα μόνην, καὶ κόσμον ἅπαντα
ἶσον ἀραχναίοις νήμασιν αἰὲν ἔχειν.

Esto Deo locuples: quas texit aranea, mundum
Hunc omnem telis esse putato parem.

Præter uirtutem nihil humana uita dignum.

πάντα μὲν ἀνθρώπων ἀλλότρια τοῦδε βίοιο·
ἤδ' ἀρετῇ βροτέη τοῦτο μόνον βιοτή.

Nil habet, huic etiam uitæ quod congruat, orbis:
Quam uirtus tantum ſcilicet una decet.

Eadem aliter.

Omnia ſunt hominum uita hac indigna caduca,
Extra uirtutem: quam coluiſſe uelis.

Fides uera. Fides fucata.

οὐδεὶς πίστιν ἔχειν ἐν χρώμασι, μὴ κραδίῃσι·
ῥεῖά κεν ἐκπλυτ' ἔοι, βένθος ἔμοιγε φίλον.

Corde fidem geſtare decet, non uendere fuco:
Hæc facilè eluitur, funditus illa manet.

Virtus in mediocritate conſiſtit.

μήτε δικαιοσύνην τὴν ἀκάμπεα, μήτε φρόνησιν
ἀγκυλόεσσαν ἔχειν, μέτρον ἄριστον ἅπαν.

Eſſe nimis iuſtus, prudens nimis eſſe caueto:
Omnia ſumma nocent, ſed moderata iuuant.

Audacia prudentia temperanda.

κωμᾶσθαι καὶ θάρσος, ἐπεὶ θράσος οὐ κράτος ἐστί·
ἐστὶ σαοφροσύνης καί τι χαλινὸν ἔχειν.

Ni frenes animum, poterit nihil ille, ferocem:
Prudenti conſtant corda ſerena uiro.

Meditatio legis. Et diuini iuris conſultus.

οἴγειν ἐν λογίοισιν ἑὸν νόον αἰὲν ἄριστον·

ἴδρις ἐπουρανίων ᾧδ᾽ ἂν ἔοις νομίμων.

Pectore fac responsa Dei meditere fideli,
Consultus iuris sic eris ætherei.

Malis placere, bonis est displicere.

ἐσθλὲ μὲν εἶναι ἄριστος, ἀφάνδανε οἷσιν ἄριστον.
καὶ κακίην τέρπειν δυσκλεὲς ἐστὶ κλέος.

Sis bonus, & bene quos liceat, spreuisse studeto:
Et placuisse malis turpe putato decus.

Malos ne laudaueris.

αἰσχρὸν ἄριστον ἐόντα συνήγορον ἔμμεν ἀλιτρῶν·
ἶσον καὶ κακίης σὸν πόδα ἐντὸς ἔχειν.

Ipse probus, nunquam prauos laudabis honestè:
Tendere namq; uia sic uideare mali.

Explorant aduersa pios.

χρυσὸς μὲν χοάνοισι δαμάζεται, ἄλγεσι δ᾽ ἐσθλὸς,
ἄλγος ἀπημοσύνης πολλάκι κουφότερον.

Aurum flamma, bonos aduersa dolore probabunt:
Rebus sæpe bonis sunt leuiora mala.

Parentes negans, tanto Deum magis negabit.

ῥεῖά κεν ἀρνήσαιτο θεὸν μέγαν, ὃς γενετῆρα,
ἴσθι δὲ καὶ γενέτην εὐσεβίης πατέρα.

Pernegat ille Deum, patrem quicunque negauit:
Nam patris est pietas progenitoris opus.

Possessio optima est nomen bonum.

σῆτες ἔδουσιν ἅπαντα, λίπῃς τὰ σὰ, μηδὲ τάφοισι
ἐξοδίῃ τιμὴ δέξιον οὔνομ᾽ ἔχειν.

Cuncta uorant tineæ, non importanda sepulcro:
Funeris unus honor, nomen habere bonum.

Aduenis & mortuis parcendum.

ξείνων ἠμεδαπῶν περιφείδεο, ἔξοχα δ᾽ αὐτοῦ
οἳ τάδε πάντα λίπον αἰδρανέων νεκύων.

Parce peregrinis: sed manibus æthere caßis,
Hic qui liquerunt omnia, parce magis.

Ad uitam cœlestem aspirandum.

δεῦρ᾽ ἄγε, κόσμον, ἅπαντα καὶ ἄχθεα τῇδ᾽ ἀπολεί-
ἱστίον ἐς ζωὴν οὐρανίαν πέτασον. (ψας,

Eia age, & hic omnem mundum fascesq; relinquens,
In cœlum cursu dirige uela tuo.

Ad bona opera accedat sanctæ Trinitatis contemplatio.

πάντα μὲν αἰὲν ἄριστα θεόπρεπες ἔργα τελείστω,
ἡ δὲ τριὰς πάντων ἔξοχά σοι μελέτω.

Optima quæq; decet diuinitùs edere facta,
In primis Triados sed meminisse sacræ.

Vita humana.

τροχὸς μέν ἐστιν ἀστάτως πεπηγμένος,
ὁ μικρὸς οὗτος καὶ πολύτροπος βίος.

ἄνω κινεῖται, καὶ περισπᾶται κάτω.
οὐχ ἵσταται γὰρ, κἂν δοκῇ πεπηγυῖαι.
φεύγων κρατεῖται, καὶ μένων ἀποτρέχει.
σκιρτᾷ δὲ πολλὰ, καὶ τὸ φεύγειν οὐκ ἔχει.
ἕλκει, καθέλκει τῇ κινήσει τὴν στάσιν.
ὡς οὐδὲν εἶναι τὸν βίον διαγράφων,
ἢ καπνὸν, ἢ ὄνειρον, ἢ ἄνθος χλόης.

Trochus est parum certus, parumq; stabilis,
Fallacis huius cursus & uitæ breuis:
Sursum deorsum uoluitur, reuoluitur.
Et quum uidetur stare, consistit minus.
Fugiens tenetur, & manens subducitur:
Et subsilit multum, tamen non effugit.
Cursu trahit retrahitq; mobilem statum:
Vt uita sit (nam ritè sic depinxeris)
Insomnium, fumus'ue, flos'ue herbæ breuis.

FINIS.

POEMATA QVAEDAM CHRIstiana Ioannis Langi Silesij.

SYMBOLVM CHRISTIAnæ fidei Nicænum.

NOTIO { Christi filij Dei. / Hominis animalis & naturalis. / Hominis spiritualis & Christiani. }

Iuxta te est sermo ualde in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum. Deut. 30.
Propè est uerbum in ore tuo, & in corde tuo : hoc est, uerbum fidei, quod prædicamus. Rom. 10.

SYMBOLVM FIDEI CHRISTIANAE NICAENVM, VERSIBVS expressum.

Professionem Christiani dogmatis
Cognosce simplici notatam carmine.



HAEC mihi certa fides manet, æternumq́; manebit,
Quam menti afflauit Suada superna meæ.
Esse Deum, terras unus cœlumq́; profundum,
Et qui condiderit numine cuncta suo,
Tam quæ conspicimus uoluentis corpora mundi,
Quàm quæ luminibus cernere nemo potest,
Ad sacros usus hominum leganda piorum
Hebr. 1 Agmina sanctorum flammea spirituum.
Omnipotens, augusta maiestate uerendus,
Terrigenûm clemens & pius usque pater,
Illius est rerum solius summa potestas,
Cunctos ille sua pro bonitate fouet.
Qua fretus tali fido patre, tamq́; benigno,
Vnicus hic uitæ portus & aura meæ.
Matth. 10 Assensu cuius non accedente, capillus
Luc. 12 Non unus nostro decidat è capite.

Et patris unigenam credo de pectore rerbum,
Ipsa, prius natum, secula quàm fierent.

Natum

Natum, non cretum· Lux hic è luce coruscat,
    Eq; Deo uero uerus & ipse Deus.
Hunc unum Dominum nos usq; atq; usq; fatemur,
    Ordine per quem sunt omnia facta bono.
Cuius non quisquam secernat Numen ab illo:
    Sic sibi consistunt Gnatus & ipse Pater.

Hic generis casum nostri miseratus acerbum,
    Vt dextro lapsis Numine ferret opem,
Ac uindex hominem tristi reuocaret ab Orco,
    Et saluum uitæ redderet æthereæ:
Astrifera summi demissus ab arce Parentis,
    Imas terrarum uenit ad usq; plagas.
Atq; hîc diuini conceptu Numinis Auræ,
    Prodijt intacta Virgine natus Homo.
Et diuina suo carnem caro lumine nostram,
    Atq; suum uerbum uiuificauit opus.
In carnem Christi dum primùm, exinde per illam
    In carnem nostram uita paterna uenit·
Vnicus in gemina natura Christus, & idem:
    Quem summum fuerit dissociare nefas.
Salue Christe Deus, salue mortalis Iesu:
    Summo nate Deo, uirgine nate sacra.

Innocuus tu sponte tua, facilisq; tulisti
    Romulidæ indignum præsidis arbitrium.
Quo censente, crucis, nostri tibi criminis ergò,
    Supplicium infamis, dulce subire fuit.

Inde salutifero defuncti funere sancta
　Sunt Mausolæo condita membra suo.
Cum sacer interea diuina spiritus aura
　Viseret infernis agmina clausa locis.

Sed rediuiuus enim calcata morte, redisti
　Fatipotens auras uictor ad æthereas,
Tertia cùm lucem terris aurora referret:
　Id quod fatidici præcinuere libri.
Mox quoque sublimis, spolijsq; decorus opimis,
　More triumphantis sidera summa petis:
Hic ubi regnator cœlo flammante receptus,
　Aequæuo dexter cum genitore sedes.

Inde reuersurus, summis uoluentibus ann is,
　Aligero cœli concomitante choro:
Quæsitor, uiuis functisq; ut facta rependens,
　Des bona digna bonis, des mala digna malis.
Sceptrorum cuius regnum sine fine manebit,
　Aeterniq; statum temporis Imperium.

Insuper agnosco sanctum, afflatuq; potentem,
　Et certo Zephyrum numine uiuificum:
Qui simul à genitore sacro, gnatoq; profectus,
　Numinis est huius, huius & aura simul.
Idem cum genitore simul, gnatoq; perenni,
　Christigenis colitur supplice more Deus.
Aurai cuius quondam responsa dedere
　Afflatu uates, pectora sacra, pij.

Vnica quæ totum latè dispersa per orbem
Concio sincera relligione uiget,
Non modò quæ nunc est, sed prima ab origine mũdi
Quæ fuit, extrema quæq; futura die est:
Re paßim sacra fruitur communiter omni,
Et pia doctrinis uiuit Apostolicis.
Sancta cohors olim conuiuia festa frequentans,
Degustat carnem uiuidè Christe tuam:
Atque tuo sacros libans de sanguine potus,
Exangui miscet pocula uina mero.
(Sanctorum sedenim uitalia pectora tantum,
Non uentres pascunt hæc alimenta graues)
Ac simul exoluit solenni carmine grates,
Et celebrat laudes funeris illa tui. 1. Cor. 11
Illum felicem demum, ueræq; beatum,
Tam sancti qui sit pars quotacunque chori.

Et fontis laudo diuina lauacra sacrati:
Omnis uitali noxa piatur aqua.
Cœlitus ex alto per initia sacra renatis,
Natorum dantur iura beata Dei.
Dum ueterem renouat naturam spiritus almus,
Chrismate lustratos sanctificatq; suo.

Expecto, nec uana fides, dum lumine cœli
In uitam redeant corpora cassa nouam:
Quæ nunc sunt fatis obnoxia membra malignis,
Tunc ærumnosæ nescia mortis erunt.

Altera namque pios claro post funera cœlo,
Atque ea (nil dubium) uita beata manet.
Hanc mihi det genitor, det gnatus, detq; biformis
Numinis aura, Deus trinus & unus, Amen.

NOTIO IESV CHRISTI FILII DEI.

Hæc est uita æterna, ut cognoscāt te solum uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Ioan. 17.

NOuisse Christum duplicis substantiæ,
Vnum & eundem scilicet Deũ & hominem,
Vtraque forma filium patris Dei,
1. Cor. 11 *Genitum ante tempus, de Deo uerum Deum,*
Hominemq; uerum, de parente uirgine
Illuminata corpus atque animam prius,
Deoq; dignum præparata habitaculum,
Opera superni spiritus: in tempore,
Supra creationis omnis ordinem,
Nil obtinentem quod creaturam uoces.
Psal. 8 *Habitu minutum despicato seruuli,*
Hebr. 2 *Paulisper à Dei beatis angelis,*
Phil. 2 *Ad usque mortem abominabilem crucis:*
Vt nos sua submißione extolleret,
Ioan. 3. 12 *In hunc & eleuatus à terra modum*
Sublimis ad se traheret ut simul omnia.
Sibi sed illum mox superstitem, necis

Diræ solutis nexibus, manubijs
Insignem opimis, Dite uincto turbido,
Carnem inferentem sedibus cœlestium, Psal.109
Et collocantem patris ad dexteram Dei. Colos.3 Hebr.1
Carnem perunctam balsamo lætißimo, Psal.44
Perennis ornatam corona gloriæ: Psal.8
Verbo decore præditam pari suo, Colos.2
Diuinitate percitam plenißima,
Prorsusq; factam (res stupenda) Condeum.

Perfectus Christus est, non propter deitatẽ modò, qua nihil perfectius: sed etiam propter carnẽ assumptam, quæ deitate uncta, & idem quod unctio facta est, adeoq; Condeus (ὁμόθεος) facta. Gregorius Theologus.

Surrexit Dominus cum corpore tenui & leui, &c. atq; , ut semel dicam, spiritualiore & diuiniore, (πνευματικωτέρου καὶ θειοτέρου) quodq; simul Deus esset (ὁμοθέου.) nam sic dicere ausim: captum sensus omnis excellente. Niceph.

Cultam beatis angelorum cœtibus,
Et inferorum ipsi tremendam principi,
Cum patre in unitate sancti spiritus
Pijs adorandam usque & usque mentibus:
Terras regentem, atque imperantem in æthere:
Secundam in una Trinitate hypostasim,
Et Trinitatis ipsius suum decus:
Vera fideles ambrosia atque nectare,
Cruore diuino fouentem & corpore,

Vitam

Vitam renatis conferente cordibus:
Viuentium atque mortuorum iudicem·
Ad astra carnem nostra quam sequitur caro,
Olim capiti futura conformis suo,
Constans ferendis fortiter laboribus,
Rom.8 *Pro principis sui sacrato nomine:*
Vt passa si fuerit simul, regnet simul,
Diuinitatem & consequatur ut suam.
Sic nosse Christum pignus unici patris
Vnigenitum, charum, placitum, primigenium,
Psal.88 *Et eius ipsius parentis omnium,*
Colos.1 *Et uniuersi quod creatum est primitus,*
Matth.1 *Sanctæq; primigenam genitricis suæ:*

Primogenitus est, qui aperit uuluam, & ante quem nullus est genitus: non is, quem frater pòst genitus subsequitur. Et omnis unigenitus est primogenitus. Alioqui si non primogenitus esset, nisi is tantum quem sequũtur fratres, tam diu sacerdotibus primogenita non deberentur, quandiu & alia fuerint procreata, ne fortè partu non sequente, unigenitus sit, & non primogenitus. Est igitur primogenitus, non post quem alij, sed ante quem nullus est genitus. Hieronymus contra Heluidium. Quapropter ipsa sancta Dei genitrix ἀειπάρθενος, semper uirgo dicitur.

Colos.1 *Primigenam & inter mortuos à seculo,*
Rom.8 *Fratres & inter primigenam quamplurimos.*
Primas tenentem non modò in cœlestibus,
Verumetiam in orbe gentium terrestrium,

Et in

Et in locis quoque ſubtus infernatibus:
Vt cuncta ubique cernerent regem ſuum,
Illiq́; poplites ſuos inflecterent,
Et colla more ſupplicum ſubmitterent.

Omnia Christo à Patre tradita, & omnis poteſtas in cœlo & in terra data, tum, cùm uerbum (per quod Pater omnia fecit, & per ſapientiam ornauit) caro factum eſt: ut, quemadmodum in cœlis primas habuit uerbum Dei, ſic & in terris primas obtineret. ut homo iuſtus, qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, primas quoque eorum ferret quæ ſub terra ſunt, primogenitus ipſe mortuorum factus: ut uiderent omnia regem ſuum, & in carnem Domini incurreret paterna lux, & à carne eius ſplendida ueniret in nos, ac ſic demum homo ueniret in incorruptibilitatem lumine paterno circundatus. Irenęus lib. 4. cap. 37.

In carne conſpectum euidentius Deum, 1. Tim. 3
Iuſtumq́; factum ſpiritu, ſimul choris
Viſum angelorum, prædicatum gentibus,
Et orbe toto creditum fidelibus
Animis, & in ſuam receptum gloriam.

Adam ſecundum cœlitùs nobis datum, 1. Cor. 15
*Recens * creatum: uiuidumq́; ſpiritum,* * hoc eſt genitum
In quo Pater ſpectabilem ſe præbuit,
Non uiſus unquam cuipiam mortalium. Epheſ. 2
Nam cernitur tantum Parens in Filio, Ioan. 14.
Et corporato mens perennis in Logo. Exod. 33
Tantum docente diſcitur Deo Deus, Ioan. 6

Et filio monstrante noscitur pater,
Ad filium trahente dilectos patre,
Hisq; ad patrem uenientibus per filium.
Ephes.5 *De carne cuius & oßibus perennibus,*
2.Cor.5 *Et nos sumus factæ creaturæ nouæ,*
Ioan.1.3 *Sati Deo, uerbi perenni semine,*
1.Petr.1 *Sanctiq; diuino uigore spiritus.*
Ad pristinam Dei reducti imaginem,
Sapientiam, iusticiam, & innocentiam,
Aeternitatem, ipsamq; sanctimoniam
Dei per humanationem filij,
2.Cor.1 *Communicantis ista nobis omnia*
Psal.44 *Participibus suis, suis & fratribus,*
Hebr.2 *Quos propter assumpsit uicem mortalium,*
(Sed liberam contagionis sordium,
Natura secum nostra quam gerit, graui
Gen.6 *Viciata culpa principis mortalium)*
Psal.46.81 *Ipsis deos faceret ut è mortalibus,*
Phil.3. *Sociosq; patris optimi atque maximi,*
Ioan.1. 3.2 *(Papè) sacri communione spiritus.*
Huc namquè gnati pertinet carnatio.

Prophetæ à uerbo prophetico accepto charismate, prædixerunt eius secundum carnem aduentum, per quem commixtio & communio Dei & hominis, secũdum beneplacitum Patris facta est. Verbum uitæ & uita manifestata est, & uidimus: uita æterna, quæ erat apud Patrem, manifestata est nobis: & societas seu communio nostra cum Patre & filio eius Iesu Christo. Irenæus lib.4.cap.37.

Sic

Sic nosse Christum, inquam, secundum spiritum,
Ac nosse per fidem, seipsos denique,
Pietatis almæ maximum mysterium,
A` patre missa de supernis luminum, Iacob.1
Et spiritu sancto magistro tradita
Methodo & uia, uitam ferens ad perpetem,
Scientia est scientiarum, ars artium,
Adeoq; uita perpes est ipsißima.
Hanc Christe nobis Deus homo ut dones, precor.

Cognitio mysterij incarnationis & passionis & resurrectionis Christi, perfectio uitæ est, & thesaurus sapientiæ. Ambrosius.

HOMINIS ANIMALIS ET naturalis notio.

Conceptus immundo parentum sanguine
Homo nascitur, peccati & iracundiæ, Ephes.2.5 Colos.3 2.Petr.2
Maledictionis atque diffidentiæ,
Inobedientiæ & rebellis filius,
Damnationi subditus, diræ necis,
Satanæq; mancipatus nexibus,
Sub ipsius miser manet tyrannide,
Perennibus non finienda seculis.
Obnoxiam peccati originarij
Hæreditariam parentum principum,
Defectione qui genus nostrum sua,
Præuaricati conditoris & Dei
Legem sui, traxere secum sub iugum

Virtutis aduersariæ atque apostatæ,
Corruptionis, seruitutis, & necis
Interminabilis iugum grauissimum.
O' perditam ægrorum uicem mortalium,
Casumq; nullis comparandum cladibus.
Ad imaginem creatus ipsius Dei,
Factura & ipsius Dei *primaria,*
Gen.1 *Dominans creaturis, in orbe triplici,*
Aer, humus, mare quas habet, simul omnibus,
Et liberæ dominans uoluntati suæ,
Homo excidit summa beatitudine,
Ipsoq; (maximum quod est malum) Deo:
Et incidit sub ius potestatis merum
Diabolicæ, uiciosus ipso corpore,
Ipsaq; anima. per libram & æs diuenditus
Rom.5.7 *Sub crimen, atque criminis stipendium*
Letale mortis. primitus quo tempore
Esse illa cœpit, cœpit & grassarier
In uniuersum gentis humanæ genus.
Corruptionem propter istiusmodi,
6. *Anima etiam corpus uocatur criminis,*
7. *Corpus necis, corpus caliginis meræ.*

Quemadmodum indumentum quod gestas, alius confecit, & tu eo indueris : nec secius alius domum extruxit & condidit, & tu in ea habitas : ad eundem modum & Adam, postquam transgressus est legem Dei, & malignum audiuit serpentem, distraxit & uendidit seipsum Diabolo, & animam ma-

lignus

lignus induit, creaturá bonam, quam códidit Deus ad imaginem ſuam. Sicut & Apoſtolus dicit: Cùm exſpoliaſſet ſiue exuiſſet principatus & poteſtates, triumphauit de eis in cruce. Col.2. Propterea enim & Dominus aduenit, ut eijceret ipſos, & reciperet propriam domum & templum, hominem ipſum. Ea gratia anima corpus dicitur tenebrarum malignitatis, tantiſper dum in ea eſt caligo peccati: quoniam ibi uiuit in ſeculo maligno tenebrarum, & ibi deuictus & comprehenſus eſt (κεκράτηται) ſerpens. quémadmodum & Paulus corpus peccati & corpus mortis uocans dicit: Vt aboleatur corpus peccati. Et iterum: Quis me liberabit à corpore mortis huius? Macarius Aegyptius Homil.1. Quam ſententiam multis aliis in locis repetit, & tractat luculenter.

Seductus eſt homo dæmonis quidem mali
Blanda & ſuaui & illecebroſa admodum
Perſuaſione: ſed tamen nulla ſibi
Violentia illata coactus. nam uolens,
Arbitrium ſuum eſt ſequutus liberum.

Tantum creauit & ſibi & ſuis malum
Adam uetus genarcha noſter, & pater:
Bonus creatus atq; ſaluus à Deo,
Suapte culpa prauus atq; perditus.

Sic ſeſe habet mortalium omnium ſtatus,
Qui procreantur huius è propagine,
Autoris ærumnæ omnis atq; miſeriæ.

Contagione non poteſt iſta puer
Immunis eſſe, ſit licet uel unius Iob 15.25

Saltem diei, progreſſus è locis ſuis.
Natura noſtra talis eſſe creditur,
Teſtantibus nobis ſacris hoc literis,
Natura Chriſti deſtituta gratia.
Id ſi ſcias, rectè teipſum noueris,
In lucis auras qualis editus ſies,
Adæ prioris noxio cretus ſatu:
Vt per ſecundum in ius reductus priſtinum,
Et recreatus è ſupernis cœlitus
Erga Redemptorem tuum ſis gratior,
Benignitatem & ipſius colas magis,
Ipſumq; noris euidentius Deum.

Si uis noſſe Deum, prius noſce teipſum. Clemens Alexandr. *εἰ βούλει γνῶναι θεὸν, προλαβὼν γνῶθι σεαυτόν.*

Accurata tuijpſius noticia, ſufficientem etiam tibi præbet manuductionem ad noticiam Dei. Baſilius Magnus. *ἡ ἀκριβὴς σεαυτοῦ κατανόησις, αὐτάρκη σοι παρέχει καὶ χειραγωγίαν πρὸς τὴν ἔννοιαν τοῦ θεοῦ.*

HOMINIS SPIRITVALIS ET Chriſtiani notio.

Ioan. 3 *AT Chriſtianus prouenit diuinitus,*
Matth. 3 *Renatus è lymphis ſacris, & Spiritu,*
Luc. 3 *Et igne cœleſti: renatus ſeminis*
1. Petr. 1 *Corruptionis omnis expertis ſatu,*
Viuo Dei uerbo, quod omni ſeculo
Perennat: & natiuitatis intimo

Nouæ lauacro. Veritatis deniq; Tit.3
Verbo ipsius renatus, in spem uiuidam Iacob.1
(Christi per excitationem à mortuis) 1.Petr.1
Et perpetem in cœlo pijs reconditam
Hæreditatem: qui potentia Dei
Custodiuntur ad salutem, per fidem.
Christigena nam renascitur, non nascitur,
Et adoptionis arrogatur iuribus: Rom.8
Deiq; fit, natus Deo *ipso, filius,* Gal.4
Homo recens, internus & reconditus, Eph.1
Et spiritu spectabilis mentis suæ, Rom.7
Renouatus ad formam Creatoris sui, Eph.3
Iusticia cui sit uera cordi & sanctitas, 1.Petr.3
Illuminante pectus ipsius Deo. Eph.4
Adam uetustum qui exuit, nouum induit. Eph.4
Etenim Dei *affixus cruci cum filio,* Col.3
Commortuusq; ipsi, & sepulchro conditus, Rom.6
Cum illo simul surrexit in uitam nouam. Col.2
Hic Christi Iesu *splendido in uultu sui,* 2.Cor.4
Ipsam parentis gloriam uidet Dei,
In uase thesaurum hunc ferens testaceo.
Amicus hic, propinquus, & scholasticus,
Et filius, quod antehac dixi, Dei:

Qui diligit patrem aut matrem plus quàm me, (uerum Patrem, & magistrum ueritatis, regenerantem & recreantem & nutricantem animam electam) non est me dignus, inquit: ut sit Filius Dei, &

discipulus Dei, simulq; amicus & cognatus. Clem. Alex. Stromat. λ.

Christum suo circumferens in pectore,
Eph. 3 *Per uiuidam minimeq; fucatam fidem,*
Quæ singulare creditur donum Dei
2. Thes. 3 *(Quòd cuilibet diuinitus non aduenit)*
Radiusq; inaccessæ ipsius lucis Dei,
Et Christus ipse, pectus incolens pium.
Essentia qui de sua fidelibus
Donare diuinam sueuit gratiam,
Quæ corda nostra lustrat atq; corpora
Sapientia, uirtute, sanctimonia.

Habitat Christus per fidem in cordibus fideliũ: Eph. 3. Fides tua de Christo, Christus est in corde tuo. August. Non simpliciter Dominus erga Mariam se diligentem, & ad pedes eius asidentem, affectus fuit: sed uirtutem quandam occultam ex essentia sua dedit ei. Propterea Dominus sciens quid dedisset ei (uerba enim, quæ Deus cum pace loquebatur Mariæ, spiritus erant & uirtus quædam) Maria, inquit, bonam partem elegit. Macar. homil. 12.

Virtus Verbi nobis data, quòd compendiosa sit & potens, unumquemque qui illam suscipit, & intra se conseruat, occultè & arcanè ad seipsam trahit, omnemq; eius constitutionem in unitatem contrahit. Clem. Alex. Strom. 5.

Natiuitatis istiusmodi nouæ,
Et regenerationis undæ & spiritus,
Ignisq;, matri sancta sunt Ecclesiæ,

Per

Per expiationem pœnitentiæ,
Chriſto in quibus nomen damus, myſteria.
Initiati cum ſacris immergimur
Lymphis, ſub inuocatione numinis Matth.28
Terunici, atq; Chriſtiano cœtui
Incorporamur, & ſacramenti fide
Chriſti rogati in uerba iuramus ducis.
Non auris iſtud audiit, non lumina 1.Cor.2
Videre, non aſcendit in cuiuſpiam
Mentem hominis, omnibus uetuſtis ſeculis:
Sub inuolucro quod ſacri baptiſmatis, Matth.3
Baptiſmus eſſet ignis atq; ſpiritus Luc.3
Sancti futurus, proditus diuinitus. Act.1
Sic natus è cœleſtibus homo nouus,
Per gratiam miſerationis uiſcerum, &
Vnigeniti communionem Filij,
Aſſumptione & ipſe filius Dei Ro.13
Chriſtum induit, Chriſtiq; ſacrum ſpiritum: Gal.3
Puram perennitatis æternæ togam,
Quam in regeneratione denuò altera Matth.19
Superinduet, cum ſumma uenerit dies, 2.Cor.5
Ad alterum uitæ beatæ ſeculum
Rediuiuus à necis peremptæ uinculis.
Huius togæ ſuam refert imaginem,
Initiatis in ſacro baptiſmate
Quæ paruulis datur gerenda candida, Act.3
Integritatis innocentis ſymbolum,

Ad Christiana cùm simul certamina
Cum singulari obeunda fortitudine,
Illos aliptes sub sacro signo crucis,
In fronte mystico perungit chrismate:
I. Ioan. 2 Sed corda sancto roborante spiritu,
Qui spiritus simul unctor est & unctio.
Homini sacro uictus sacratus conuenit:
Alimoniam ergo Christianus unicam
Nouit modò, Christum uidelicet suum,
Ioan. 6 Viuum cibum, uitæ datorem perpetis:
Panemq; uerum, cœlitus qui prouenit.
Nam corpus edens huius, huius sanguinem
Bibens, cibo potuq; tali uictitat,
Vitam manentem in sese habens, quæ Christus est:
In Christo & ipse itidem uicißim permanens,
Quod pignus est æternitatis maximum.
Has spiritales & reconditas dapes,
Et corporalibus remotas sensibus,
Cœtus repræsentat pius fidelium,
I. Corin. 11. Communibus coactus in conuentibus,
Sanctas ad aras mystico libamine,
Quo Christus instituit sacram cœnam modo,
(Qui uiscerator atq; uisceratio est)
Cererem sacram Domini, Dominiq; poculum
Vitale gustans, carnis atq; sanguinis
Christi sacramentum omnium augustißimum.
Sed & hoc profectò maximum est miraculum,

Itidem uetustis seculis incognitum, 1.Cor.2
Ecclesiæ quòd cœtibus solennibus
Cum pane uinum sanctus offertur typus
Et carnis & cruoris istius modi.
De pane uerò quisquis atq; poculo,
Videlicet de rebus apparentibus,
Et sub suos sensus palàm cadentibus,
Partem capit libando spiritaliter,
Quòd Christe carnem edat, bibatq́; sanguinem
Tuum, perennis unde uita suppetat.

Veteribus sanctis & prophetis, &c. neq; in notionem, neq; in aures, neq; in mentem uenit, quòd futurum esset baptisma ignis & Spiritus sancti: & quòd in Ecclesia offeratur panis & uinum, typus (ἀντίτυπος) carnis & sanguinis Domini: & quòd, qui participant eum qui palàm apparet (φαινόμενον) panē spiritualiter, carnē Domini edant. Mac. homil. 27.

Et cum regatur Spiritus aura sacri Rom.8
Hominis noui mens, lingua, gressus & manus,
(Nam Christianus non habetur, Spiritum 2.Cor.10
Qui non habet Christi) illius iußis libens Gal.5.
Paret: secundum Spiritum per omnia, 6.
Non carnis autem de uoluntate ambulat: Eph.5
Lucemq́; consectans, fugit caliginem,
Non noctis atræ, luminis sed filius. 1.Thess.5

Quin ille carnem cum cupiditatibus
Suis premit, frenat, coërcet, enecat, Rom.8
Secum ipse pugna conserens iugi manus:

Gal.5 Quòd proprij sit hostis acer corporis,
Idq; adiuuante uincit ille spiritu.
Huic mundus iste plurimùm negocij
Etiam facessit, splendidis illis quidem,
1.Cor.4 Inanibus tamen suis phantasijs.
1.Io.2 Illas sed alto reijcit uultu pius
Athleta, rebus deditus cœlestibus:
Gal.4 Hierusalem iam nunc supernæ municeps
Phil.3 Animo, graui licet manens in corpore,
Deoq; consecratus unicè suo:
Quem solum & unum credit & summum bonum,
Deut.6 Solum proinde unumq; summè hunc expetit,
Matth.22 Summoq; amore hunc maximè complectitur:
Et proximum uelut seipsum diligens,
Col.3 Terrena despuit, superna suspicit,
Est & maligno seculo suus Deus,
2.Cor.4 Mundiq; princeps, hostis æterni Dei,
Io.12 Et sæuus hostis omnium fidelium.
14. 16. Has præter aduersas deinde copias,
Eph.6 Sunt plurimi mundipotentes reguli,
Caliginis præsentis æui turbidæ:
Est spiritalis nequitia in cœlestibus.
Aduersus hosce strenuè aduersarios
1.Thess.5 Virtute Christi res gerenda, & robore.
Sumenda militi Dei panoplia,
Iusticia, ueritas, fides, spes, charitas,
Precatio, obsecratioq; continens,

Pax & salus: & ensis anceps Spiritus,
Verbum quod est, Christus uidelicet, Dei:

Mortuus est (Christus) propter nostram infirmitatem, qui uita est & impatibilis Deus, in ea quam à nobis sumpsit infirmiore carne (ἐν τῇ ἐξ ἡμῶν ἀσθενεστέρᾳ σαρκί) uiuit autem ex uirtute. Viuum est enim uerbum Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Epiphan. contr. Ariomanit. Hieronymus super illo Esa. 40. Verbum Domini manet in æternum: Verbum (inquit) Domini, & qui Verbo sociati sunt, permanent in æternum.

Cuius ope uictor ille abit potißimum
Ex spiritalis prælio certaminis,
Quo Christianos noster aduersarius
Ad ultimum fatigat usq; spiritum,
Sæuos subinde etiam tyrannos excitans,
Homines pios qui cæde tollant impia,
Et ipsius crudelem adimpleant uicem.
Vsq; adeò mundo, ipsiq; mundi Principi,
Religio simplex, uerus & cultus Dei,
Pietasq; Christiana ab orbe condito, Esa. 14
Satanæq; lapsu de supernis sedibus, Luc. 10
Ad ista nostra & ultima usq; tempora, 2. Petr. 2
Odio est: ut excisam uelint radicitus
Integritatis innocentis gloriam,
Et Trinitati debitam obseruantiam:
Sacrum sibi diuinitatis perperam
Adulterinæ uendicantes ordinem,

Et Conditori præferentes condita,
Hæc pro dijs mandant adorari & coli.
1.Cor.2 *Est spiritus suus dicatis seculo*
Eph.2 *Mortalibus, quos ille compellens agit*
Rom.8 *Ad omne probrum, mente captos, & nefas.*
1.Cor.12 *At Christianos Spiritus sanctus regit,*
Io.16 *Et ueritatem omnem magister optimus*
Docet, suoq; numine atq; lumine
Replet corusco, mentes incolens pias
1.Cor.3.6 *Ceu templa sacra sanctus hospes, & dator*
2.Cor.6 *Cœlestium charismatum largißimus.*
1.Cor.12 *Hoc, Christiani per uiam placitam Deo*
Inambulantes sanctius uiuunt, duce:
Huic gratiam acceptam ferunt diuinitus.
Sedenim illud est stupore plenum maximo,
Hunc cum paracletum ferant in cordibus,
Luc.24 *Ornentur & uirtute de cœlestibus,*
Act.1 *Diuinitate & impleantur (ô Deus)*
Animæq; sancto temperentur Spiritu,
Et in timore sedulò maneant Dei,
1.Petr.5 *Cuius tremiscunt sub potenti dextera:*
Phil.2 *Operentur & suam salutem prouidi,*
Sub persequutione crudelißima:
Innoxios sic abripi tyrannicè
Pœnas ad omnes quæstionis publicæ?

Apostoli & Christiani accipiunt Paracletum, & induuntur uirtutem ex alto, & implentur deitate, & animæ

& animæ contemperantur Spiritu sancto. Macar. homil. 27.

Beneplacitum est bonitati uoluntatis Patris, ut inhabitet in omni credenti, & petenti eum. Veniemus, inquit, ego & Pater meus, & mansionem apud ipsum faciemus. Sic infinita uoluit suauitas Patris: sic inexcogitabili charitati Christi complacuit: sic ineloquibilis Spiritus sancti benignitas promisit. Gloria inenarrabili misericordiæ sanctæ Trinitatis. Idem homil. 18.

Num Christiana sic habet professio?
Num sanctioris instituti hæc est uia?
Vt sicubi sit Spiritus sanctus, simul
Eò sequatur persequutio grauis,
Nostris ab ipsis maximè tribulibus?
Et cum extimo bello simul bellum intimum,
Cum carne quod interuenit Spiritui?
Quòd concupiscat alterum contra alterum? Gal. 5
Et persequutionis istiusmodi
Est sæua cædes testis innocentium Matth. 23
Chori Prophetarum locupletissimus:
Est ipse Christus omnium sanctissimus,
Testes Apostoli atq; apostolici uiri.
Ad Spiritum postquam sacrum crux pertigit,
In Christianis & quieuit Spiritus,
Populis ab illo Christiani tempore
Ex omnibus, soli tyrannos sustinent,
Soli coronas & reportant martyrum,

Superare

Superare ſueti cuncta per patientiam
Sanctam, ſcientes ſe nihil pati nouum:
Quòd ſit neceſſe ueritatem publicum
Cum perſecutione ferre odium omnium,
Chriſtumq́; Chriſtianum oporteat ſequi
Abſq; angaræa baiulum crucis ſuæ.

Chriſtiani debent ferre afflictiones externas, & ſuſtinere bella interna, ut per patientiam pulſati, uictores euadant. Sic enim habet Chriſtianiſmi uia. Vbi namq; eſt Spiritus ſanctus, ibi conſequitur perſequutio & lucta. Inſpice Prophetas, quomodo perſecutionem tolerauerint per omnia à tribulibus ſuis, in quibus Prophetis operabatur Spiritus ſanctus. Vide quomodo Dominus, qui eſt uia & ueritas, nõ ab alia gente perſequutione ſit expetitus: ſed à ſuis, & propria tribu Iſrael perſecutione mactatus & crucifixus ſit, conſimiliter & Apoſtoli. Ex quo enim crux ad Spiritum ſanctũ tranſijt, & is ad Chriſtianos peruenit, deinceps nullus Iudæorum perſequutionem eſt paſſus: ſed Chriſtiani martyria obierunt. Quocirca mirari tanquam in re noua non debent: ſed neceſſe eſt ueritatem perſecutione expeti. Macar. homil. 15.
Iob 7

1.Tim.1 *Cumq́; ociari Chriſtianum ſit nefas,*
2.Tim.2
1.Cor.16 *Vt qui ſciat uitam eſſe militiam ſuam,*
Tit.2.3 *Vigilantiam, iugemq́; pœnitentiam:*
1.Theſſ.5 *Quapropter ille opus ſemper facit bonum,*
Luc.21 *Indeſinenter ad Deum fundit preces,*
1.Petr.4 *Noctu diuq́; cogitat legem Dei,*
Pſal.1
Col.4 *Euangelium legem nouam potiſſimum,*

Quæ Chriſtus ipſus eſt, Dei potentia, Ro. 1
Et uniuerſorum ſalus credentium.

Poſtrema & ſempiterna lex data eſt Chriſtus, atq; item teſtamentum fidele: poſt quod teſtamentum, non lex, non præceptum, non mandatum erit ullum. Lex, inquit, à me exibit, & iudicium meum in lucem gentium. Eſa. 51. Hanc ipſam Iudæi legem dehoneſtaſtis, & nouum ſanctumq; Dei teſtamentum uilipendiſtis. Iuſtinus philoſophus & martyr in Tryphon.

Denunciauit Dominus per ipſum legiferum (Deut. 18.) quòd filium ſuum, id eſt, uiuam præſentemq; legem miſſurus eſſet: ut denuò per eum qui eſſet æternus, legem ſanciret æternam. Lact. lib. 4. cap. 17.

Hæc eſt lex Domini immaculata, conuertens animas. Pſal. 19. Lex ſpiritualis, ait Origenes, quæ ſine dubio Verbum Dei & Chriſtus eſt. Lex ipſe eſt Chriſtus, qui non uenit ſoluere legem, ſed adimplere. Hieron.

Porrò lex iſta noua, Euangelium dicitur.

Ioannes præco uerbi cohortabatur, ut parati eſſemus in Dei Chriſti aduentum. Et hoc illud erat, quòd obſcurè ſignificabat Zachariæ ſilentium, præſtolans præcurſorem Chriſti fructum (τὸν πρόδρομον τοῦ χριστοῦ καρπὸν, Ioannem uidelicet ipſum) ut ueritatis lumen uerbum ipſum propheticorum ænigmatum myſticum ſolueret ſilētium, Euangeliū factum. Clem. Alex. in orat. exhortat.

Et Chriſtianus gratiæ quamuis Dei,
Et ſpiritus in ſe uigorem ſentiat,

Minimè

Minimè tamen securitati languidæ
Mentem suam permittit, aut ignauiæ,
Ro.7. Propter malum quod pectori insitum est suo,
Nec ante mortem prorsus inde euellitur:
Adeò uetus suis uenenis primitus
Animas Draco cum carne nostras imbuit,
Illasq; prauitate corrupit sua.
1.Petr.5 Proinde cautè prouidus sibi prospicit,
Intentus in domesticum aduersarium,
Ne quando lapsu celsiore concidat
Ab hoste deiectus. Sed & lapsus statim
Sese erigit, Dei iuuante gratia,
Semper uocata quæ iacentem subleuat.
2.Corin.13 Sic ille uitam transigens piè suam,
Phil.3.4 Lætatur in Christo, intimo de pectore:
1.Thess.5 Hilaremq; uultum rebus obtinet malis,
Perinde tanquam prosperè affluentibus,
1.Tim.1 Propter quietam & conscientiam bonam.
2.Tim.1 Et spe bona fruens, in horas corporis
Hebr.13 Resolutionem & ultimam expectat diem:
Act.24 Pignus futuræ æternitatis, nunc quidem
1.Petr.3 Fragili, sed olim suscitando denuò,
Matth.19 Nouissimo renouationis in die,
Secum duplex circumferens in corpore:
Ioan.6 Vnigeniti carnem & cruorem Filij,
1.Ioan.1 Dei manentis in fidelibus suis:
5. Ipsissimam uitam perennem scilicet,

Quam poßidet, quicunq; Christum poßidet.
Hoc pignus est unum. Sed accipe alterum,
Et fac ut hoc & illud conserues probè.
Si in Christianis Spiritus Patris colit,
(Vt, Christiani si sumus, certè colit) Ro. 8
Qui Christum Iesum suscitauit mortuum,
Mortalia in uitam excitabit corpora
Credentium, per Spiritum sanctum suum,
Habitantem in ipsorum sacris præcordijs. 1. Cor. 3
Eiusmodi fiducia fretus libens 2. Tim. 1
Christigena migrat è maligno seculo, Rom. 12 Gal. 1
Non inscius quò transeundum sit sibi. 1. Ioan. 5.
Vbi namq; Christus archidux est gloriæ, 12.
Ibi uult fidelem etiam esse militem suum,
Tot post labores, tetq; post stipendia,
Secum ut perenni perfruatur gaudio,
Summaq; cum angelis beatitudine:
Quam perdidit primus, secundus reddidit 1. Cor. 15.
Adam: ille humo, cœlo sed iste proditus:
Alter necis, uitæ sed alter præbitor.
Ad alterum nascendo nostrûm quilibet,
Christigena ad alterum renascendo attinet.

Ad Adam nascendo, ad Christum renascendo pertinemus. August. epist. 57.

Homo namq; res inæstimabilis Deo,
Quem propter est demissus è cœlestibus
Vnigenitus Patris supremi Filius.

Fidem

Fidem facit dilectioni eiusmodi
Fidei ipsius Verbum, Dei gnatus patris:
Ioan.16 *Pater, inquiens, uos diligit.—*

Diligitur à Deo homo. Quomodo enim non diligatur, propter quem Vnigenitus ex sinu Patris demittitur? Verbum fidei, fides ex abundantia ipse euidenter est Dominus, qui confitetur & dicit: Ipse enim Pater diligit uos, quoniam uos me dilexistis. Clem. Alex. in Pædag. lib. 1. cap. 3.

—Non angelos
Hebr.2 *Deus recepit, Abrahæ sed filios.*
Adest creaturis in omnibus Deus,
Diuinitatis ipsius præsentia:
Verùm suæ per incolatum gratiæ,
In cordibus solis manet fidelium.
Hic conquiescit, has sacras ædes habet.
Matth.12 *Vnde est Deo cognatio & propinquitas*
1.Ioan.1 *Communioq; cum fidelibus sua,*
2.Petr.1 *Naturæ etiam quos compotes facit suæ.*

Deus est ubique per diuinitatis præsentiam, sed non ubiq; per habitationis gratiam: sed in solis tantummodo fidelibus. August.

Creatura omnis à Deo regitur & tenetur: attamen non in illis sedem fixit, neq; communionē cum illis inijt. Sed in homine solo bene complacitum est ei: quo cum communionem instituit, in illo cõquiescens. Hoc modo cognationem uides Dei cum homine, & hominis cũ Deo. Quoniam bene complacitum est Deo, hominem diuinæ facere naturæ participem. Macar. homil. 45. 49.

Perfectionem Chriſtianus deniq;, 2. Corin. 13
Et abſolutam ſanctimoniam ſimul, Eph. 6
Qua ſine Deum nemo uidet mortalium, Col. 1
Pro uiribus contendit aſſequi ſuis. 1. Petr. 1

Homo fidelis abſolutè redditur Hebr. 12
Perfectus, ad ſui magiſtri imaginem: Matth. 5
Qui ſeruat & ſequitur prophetiam ipſius, Luc. 6
Et dogma ſanctum, in carne obambulans deus.

Qui Domino paret, & per eum datam conſectatur prophetiam, abſolutè perficitur: iuxta Magiſtri imaginem, in carne Deus obambulans. Clem. Alex. lib. Stromat. 7.

O Chriſtianorum ſtupendam militum
Dignationem: ô dignitatem ampliſsimam:
Hominem pium uidelicet fieri deum,
Per ipſius Dei benignitatem & gratiam.

O ineffabilem Dei miſericordiam: quoniam gratis ſeipſum largitur credentibus, ut in breui tempore Deum hæreditate conſequantur, & Deus habitet in corpore hominis, & Dominus pulchram domum habeat hominem. Sicut namq; Deus cœlum & terrã creauit, ut homo habitaculũ habeat: ita etiam corpus & animam hominis condidit in propriã ſibi habitationem, ut ibi incolat & requieſcat, tanquam in ædibus ſuis, in corpore ſponſam habẽs pulchram & amabilem, animam ad imaginem ſuã factam. Coniunxi enim uos (ait Apoſtolus) uni uiro, uirginem ſanctam & caſtam exhibere ipſi Chriſto. Et rurſum: Cuius domus ſumus nos. 2. Corinth. 11. Eph. 2. 1. Petr. 2. Macar. homil. 49.

Corporaliter quoq; , communicatione carnis Christi, Christus in nobis habitat. Cyrillus in Io. 15.

Habemus in nobis, per carnem, Christum manentem. Hilarius de Trinit. lib. 8.

Quid est, Participes facti sumus Christi? Participamus ex eo: unũ facti sumus nos & ipse. Siquidem ipse caput est, nos corpus, cohæredes & cõcorporales. Vnũ corpus sumus ex carne eius, & ossibus eius: si tamen principium subsistentiæ, usq; ad finem, firmum teneamus. Quid est principium subsistentiæ? fidem significat, per quã subsistimus, & nati sumus, & essentiales (ut ita dicã) facti sumus. Chrys. Hebr. 3.

Dij, gratia in Christo, qui uerus & homo & Deus est, facti sumus. Cyrill. in Thesaur. lib. 10.

Absit, ut simus gratiæ nudæ & subsistentia carentis participes. Templa enim sumus Spiritus, & subsistentis, uocatiq; per hoc Dij: utpote diuinæ & ineffabilis naturæ cum illo copula participes facti. Idem in Dialog. de Trinit. lib. 7.

En Christiani militis natalium
Habes decus, uictum atq; amictum, & prælia,
Et missionem, & præliorum præmia.
Christo sit omnis laus, honor, uictoria:
Sit gratiæ actio, & perennis gloria,
Cum Patre sancti in unitate Spiritus:
Qui faxit, ut cuiusmodi uersu rudi,
Descripsimus, uita exprimamus imaginem,
Simul uniuersi, Christiani militis,
Qui Christiano gloriamur nomine.

FINIS.

GLORIAE

GLORIAE DOMI-NI DEI ET SALVATORIS NO-STRI IESV CHRISTI, AD DEXTE-ram Dei patris sedentis, aduersus Fri-derichum Staphylum, qui car-nem eius gloriosam crea-turam esse uult,

IOANNIS LANGI SILESII CHRISTIA-na, catholica & orthodoxa Defensio.

Confiteor tibi Pater, *Domine cœli & terræ, quòd abscon-disti hæc à sapientibus & prudentibus, & reue-lasti ea paruulis.* Ita Pater: *Quoniam sic fuit beneplacitum coram te.*

Matth. 11.

GLORIAE DOMINI DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI, ad dexteram Dei Patris ſedentis, Aduerſus Friderichum Staphylum, qui CARNEM EIVS GLORIOSAM *creaturam eſſe uult*,

IOANNIS LANGI CHRISTIANA Catholica & orthodoxa defenſio.



N literis exercitatus Ethnicis
Staphylus, libris uacare ſanctioribus
Dehinc nouæ ueteriſq; legis inſtitit.
Quantum autem ad orthodoxiam profecerit,
Multos per annos in ſuis laboribus,
Non eſt uiro procliuè plano dicere.
Conſtat ſed illud ex ſuis opuſculis,
In fratris ipſum uel leuem puluiſculum
Matth.7 *Oculo uidere, ſed pedalem non trabem*
Luc.6 *In proprio conſiderare lumine:*
Nec alterum eſſe hominem hæreſum doctum magis.
Illas perinde namq; callet ſingulas,
Digitos quaſi tenet ſuos. Ceu fulmina
Has ergo in aduerſarios torquet ſuos,
Denunciato Marte non placabili:

Sententijs

Sententijs sæuis, cruentis, hosticis,
Capitale mortis θῆτα præferentibus,
Modò hos, modò illos, grandibus terrens minis,
Templiq́; sacris exigens pomœrijs.
At ipsemet captus tenetur nexibus
Extra orthodoxiam, parentis & pium
Ecclesiæ sinum, uagantis hæresis
Errore magno: ueritatis quæ officit
Luminibus, atq; dignitati obnunciat
Christi, sedentis ad Patris dexteram Dei
In gloria, quam habuit priusquam conditus
Hic orbis est, in trinitatis gloria,
Cunctis colendæ & angelis & hominibus:
Par cuius est honor, decus, potentia,
Diuinitatis unius, nec unius
Essentiæ minus sub existentijs
Tribus. Secundo ubi refertur ordine
Numeroq́; (sic loquamur ut sublimibus
De rebus, etsi non idoneè satis:
Vt in unitate tres fatens hypostases,
In trinitate unum tamen credas Deum,
Et dirimendo & uniendo gnauiter
Tum trinitatem, tum unitatem scilicet)
Vbi secundo, inquam, refertur ordine
Numeroq́; nimirum secunda hypostasis
Christus θεάνθρωπος (Latinè quod sonat,
Deus homo, uersum) duplicis substantiæ

Qui creditur, sed unus atq; idem tamen
Psal. 18 *Persona in unica gigas fortissimus,*
Rapacis orci uictor & diræ necis.

In sancta Trinitate dicitur & creditur esse	οὐσία	Essentia / Substantia	una;
	ὕπαρξις siue ὑπόστασις	Existentia / Subsistentia / Persona	triplex.

Essentiæ uerbo indicatur Deitas ipsa: Hypostasis, essendi, existendi & subsistendi modus. Priore, ut ὤν, ens, Deus: posterioribus, ut Pater, Filius, Spiritus sanctus: ingenitus, genitus, procedens. S. Iustinus Martyr.

Creditur à nobis sine confusione coniuncta sancta Trinitas, sine separatione distincta. August.

Creditur Patris & Filij & Spiritus sancti una deitas sub pari maiestate, & sub pia Trinitate. Creditur incorruptæ Trinitatis indiuisa substantia, quæ Græco uerbo ὁμούσιος rectè credētibus dicitur. l. 1. & 2. C. de summ. Trinit.

Homo namq; non est diuidendus à Deo,
Geminæ nec est confusio substantiæ
Intelligenda: uera sed counio.
O temperamentum nouum & mirabile.

Prius faciunt Nestoriani, posterius Eutychiani & Dimœritæ. O mixtura noua: ò temperamentum admirandum. Greg. Theol.

Non separari fas est Filium hominis à Filio Dei. Augustinus.

Diuisione

Diuisione Trinitati accederet
Persona quarta: quod nefas est dicere.

Qui suscepit, & quod suscepit, una est in Trinitate persona. August. de bon. perseuerant.

Non enim homine assumpto, personarũ numerus auctus est: sed eadem Trinitas mansit. Idẽ epist. 102.

Solus in Trinitate Filius formam serui accepit, quæ forma illi ad unitatem personæ coaptata est: idem ut Filius Dei & Filius hominis, unus sit Iesus Christus: ne non Trinitas, sed Quaternitas prædicetur: quod absit à nobis. Idem tract. 99. in Io.

Trinitatis mysterio quarta non est addita persona. Vnita quippe, non confusa uerbi Dei hominisq; substantia: ut in Deum, quod ex nobis susceptum fuerat, perueniret: & illud quod nunquam fuerat, permaneret. O admirabile mysterium, ò inenarrabile commercium, ò mira semperq; miranda, semperque amanda diuinæ propitiationis benignitas! Idem lib. Medit. cap. 15.

Confusione autem decus decederet
Suum, caro diuina iam & compar Deo.

ὁμόθεος, condeus. ἰσόθεος, pardeus. Grego. Theologus. Pascha (quod Christus est) τριάδος τιμή, Trinitatis honor. Idem.

Tantum attulit genitura prima à mortuis
Dignationis atq; honorificentiæ
Incorporato gratia nostra Deo.
In quo homine namq; natus ipsus est Deus,
Idem in Deo deinde natus est homo.

Hæc est natiuitas noua (primogenitura à mortuis)

dum homo nascitur in Deo, in quo homine Deus natus est. Tertull. de carn. Christi.

Formam serui rursum in forma Dei renouari & glorificari oportuit. Hilarius.

Tertia resurrexit, non Deus in hominem, sed homo potius in Deum. Ambr. de fide contr. Arrian. cap. 8.

Nil sancta Trinitas creati suscipit.
Sic uniuersæ habet fides Ecclesiæ,
Trinum colentis numen unici Dei.

Creaturæ natura, & creatrix Deitas, in unum & idem non conueniunt. Basil. contr. Eunom. lib. 4.

Omnis substantia, quæ Deus Dominus nō est, creatura est: & quæ creatura non est, Deus est. Nulla igitur differentia est in deitate Trinitatis: quoniam quod minus est Deo, Deus non est. August. in Prosper. sentent.

Nunquá Trinitas accessionem recepit (προσθήκην) nō admittitur (ἀνένδεκτον) ut creatum quidquam uel adgnatum in Trinitate dicatur, aut cogitetur. Epiph. contr. Pneutomach.

Hanc Staphylus impiè ac superbè reijcit
De Trinitate fidem, atq; Christi gloria,
Et catholicam non obtimet sententiam:
Christum creaturæ trahens in ordinem,
Censumq; nostrum de supercœlestibus:
Non quatenus uerbum est, caro sed quatenus,
Verbis, ut ipse ait. sed ipsis sensibus,
Christum integrum de Trinitate exterminat:

Cùm

Cùm diuidi non poßit à uerbo caro,
Hypostasis nisi queat dispescier,
Persona & una, habitus statu saluo sui,
Giganteo prorsus labore perperam
Quod Antichristiana tentat hæresis:
Aut forsitan geminæ nisi substantiæ
Persona in una pernegetur unitas,
Quod Christiano dicere est piaculum.
At quæ sit & cuiusmodi caro, parùm
Staphylus sapit: carnem secundùm Filium,
Sine Spiritu, tantummodo noscens Dei:
Carnemq; Christi præsidere nesciens
Ad dexteram patris Dei in cœlestibus,
Et inde uenturam in paterna gloria,
Vt iudicet superstites & mortuos.

Etsi cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. 2. Cor. 5.

Carnem Christi ad dexteram Dei Patris in cœlis præsidere, & uenturam inde è suggestu Paternæ claritatis, &c. dixit Tertull.

Fucum facit docto uiro philosophia
Profana, Aristotelesq; perplexibilis.
Forsan Lycæum nam frequentauit magis,
Cultasq; Athenas, quàm Solomonis sacram Act. 3
Pulchramq; porticum, magistri barbari, Matth. 11
Hierusalemq; ipsam, scholamq; adeò Dei, 1. Corin. 1
Animas rudes docentis atq; simplices: Iacob. 2

Quæ non capit mentis proteruos ſpiritus
Contentioſæ, & gloriæ cupidos ſuæ.

Quid Athenis & Hieroſolymis? Quid Academiæ & Eccleſiæ? Quid hæreticis & Chriſtianis? Tertull, de præſcrip. hæret.

Homo ſecularis Chriſtianam non capit,
Apoſtolorum traditam libris fidem:
Nec Chriſtiani credimus dialecticis,
Sed publicanis atq; piſcatoribus,
Qui ueritatem prodidere ſimplicem,
Illam magiſtro Spiritu docti Dei.

Apoſtolicam fidem ſeculi homo non capit. Hilarius.

Aufer hinc argumenta, ubi fides quæritur. Ambroſius.

Verba philoſophorum excludit ſimplex ueritas piſcatorum. Idem. Philoſophorum ſtulta ſapientia. Hieron. Ezech. 1.

Staphylus & haudquaquam poteſt concedere,
Hominem extitiſſe quempiam, qui non ſiet
Famulans creatura. Hoc eum ratio docet
Humana, gnati prærogatiuæ Dei
Ignara: gnatus nec quid interſit Dei,
Dei creato: nec ſciens quônam modo
Deus creando res ad extra protulit,
(Subbarbarè namq; hoc oportet dicere.)

Non conſiderant hæretici, quæ ſit differentia inter creaturam & filium. Cyrillus in Theſaur. lib. 12. cap. 15.

Generare

Generare & creare non sunt idem. Aliud ergo est creatum, aliud genitum. Idem.

Creator ad extra producit: genitor ex seipso generat. Idem.

Pater non ab extra, sed ex essentia sua filium genuit. (οὐκ ἔξωθεν, ἀλλ' ἐκ τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας.) Epiphan. cōtr. Samosat.

At Filium unigenam è sinu suo edidit
Essentiæ unius, sed alterius tamen
A Patre prorsus Filium existentiæ,
Diuinitus quà sermo Patris Filius
Est ante tempus editus: sed non minus
Quà corporatus ex beata Virgine,
Suo recepta carne sancta tempore,
Deus homo nostro in orbe natus prodijt,
Citra satum nascente carne ex Virgine,
Et cum satu ueniente Spiritu ex Deo,
Formante fœtum Spiritu sancto nouum,
Dei simul, simulq; Filius hominis
Omnem est supra naturam (ὑπερφυῶς) satus,
Et increatè cretus increabilis.

Ἀκτίστως ἄκτιστος ἐκτίσθη.

Caro sine semine ex homine, Spiritus cum semine ex Deo. Tertull. Nouè nasci debebat nouæ natiuitatis dedicator. Idem, de carn. Christ.

Inusitatus corporis partus ex Virgine. Mirabilis mirabiliter natus est. August.

Ita enim creandi uoce prisci sunt patres,

De cor-

De corporatione tractantes Dei,
Penuria sermonis usi proprij:
Nihil uolentes in suis sententijs
Minus, creaturam quàm ut esse dicerent
Gnatum Dei, diuinitùs sic editum.

Sic Gregorius Theologus dixit: ὁ ὢν γίγνεται, ἄκτιστος κτίζεται: Existens ille gignitur, Increabilis creatur. Sentẽtiæ acumini & dictionis uenustati per ἐναντίωσιν interim quoq; studens, qui doctoris eius mos est, Isocratis elegantiam imitantis.

Sic Hilarius: Apostolica fides scit, in qua dispẽsatione temporis Christus creatus, & in qua temporum æternitate sit natus.

Adam secundum, hominem nouum, atq; cœlitus
Datum, ferentem credulis uitam suis,
(Contrà quàm Adam primus, parens mortalium,
1.Cor.15 *Homo uetus, terrestris, atq; sonticus,*
Col.1 *Tristem suum transmisit ad genus necem)*
Resuscitatione natum denuò
A` mortuis, initium surgentium,
Iam spiritalem hominem, Deum atq; deificum,
Eph.1 *Et eleuatum omnes super cœli plagas,*
Hebr.7 *Potentiæq; gloriæq; principem.*
Psal.23

De genitura uerbi, & primogenitura Christi à mortuis, ita cum Platonicis agit Augustinus: An forte uos offendit inusitatus corporis partus ex Virgine? Hoc ad pietatem suscipiendam uos debet adducere, quòd mirabilis mirabiliter natus est. An uerò, quòd ipsum corpus morte depositum, & in melius resur-

resurrectione mutatum, iam incorruptibile atq; immortale in superna subuexit? De ciuit. lib. 10. cap. 29.

Verbum Dei Christus, primus inuenitur inter omnes homines, quos assumpta humana natura reformauit. Cyrillus in Thesaur. lib. 10.

Christus humanam naturam stola sanctæ resurrectionis & immortalitatis glorificans, uexit super omnes cœlos, super omnes choros angelorum, super Cherubin & Seraphin, collocans ad dexteram Dei Patris. Hanc laudant angeli, adorant dominationes, &c. August. meditat. lib. cap. 15.

Atq; unicum archiepiscopum mentis piæ, 1. Petr. 2.
Et præbitorem gratiæ largissimum, 5.
Quod unius regale munus est Dei.
Huius potestas summa sceptris regijs Luc. 10
Terras iacentes & profunda sidera Matth. 11.
Complet, gubernat, ordinat, seruat, fouet. 28.
Ille & piorum templa sancta cordium, Act. 15
Fide prius purgata sedulò colit: 1. Cor. 2. 6
In his manet libens, in his inambulat, 2. Cor. 6
Non alteris gaudens magis sacrarijs, Leuit. 26
Crura illius statuarum ad instar marmoris
Supra bases quæ collocantur aureas. Cantic. 5.

Nosipsi templum Dei esse debemus: & in quantum sumus, in tantum ad eius societatē & adoptionis familiā pertinemus. Non in omnibus autem habitat: atque etiam in quibus habitat, non æqualiter habitat. Vnde namque in omnibus sanctis alij alijs sunt sanctiores, nisi abundantius habendo habitatorem Deum? Et illi ab eo longè esse dicuntur, qui

peccando

peccando dissimilimi facti sunt: & illi ei appropinquare, qui eius similitudinem piè uiuendo recipiũt. August. epist. 57.

Cui alij nisi uerbo Dei incarnato conuenit dici: Crura eius columnæ marmoreæ, fundatæ super bases aureas. Solus enim Christus inambulat animis, & graditur in mente sanctorum. Ambrosius lib. 3. de fid. cap. 5.

Atq; hunc creaturam uocare non pudet
Staphylum, atq; eos quorum ille laudat hæresim,
Doctos in orbe nominis clari uiros:
Mentes quibus conferre dignetur Deus
Sapientiores gratia in sua Pater,
Et in benignitate sancti Spiritus,
Per Filij dignationem & gloriam.
Parum sed est: à Christiano dogmate,
Et orthodoxia uniuersæ Ecclesiæ,
Se cuius esse filium iactat pium,
Staphylus oberrans quòd uagatur semita
Transuersus omni, perduellis gloriæ
Hominis Dei, læsiq; numinis reus,
Et Trinitatis sector euidens sacræ:
Nisi rideat, diuersa si qui sentiunt.
Hominisq; Filij tuentur gloriam,
Nasutius sanna prophetas nominans.
Risu cachinnet ille, sed Sardonio,
Suo malo, periculoq; maximo:
Nisi benigni gratiam impetret Dei,

Veram

Veram suis agendo pœnitentiam,
Factis scriptisq; factiosis debitam:
Vt corporis Christi capax sit gloriæ
Fidelibus cum Christianis omnibus.
Ad quam, licet sint oppidoquàm uilia, Phil. 3
Formabit ipse nostra Christus corpora,
Facietq; sanctum quemq; mortalem, deum,
Qua cuncta subijcit sibi potentia.

Si quis sanctus est, deus efficitur. Hieronymus Psal. 115.

Sancti & uetusti gloriam uerbo suam
Incorporando contulere unanimis
Præconijs patres, prophetæ & inclyti. Psal. 96
Cunctis adorandam canentes angelis, Hebr. 1
Nomenq; dantes illi inenarrabile Hiere. 23. 33.
Tetragrammaton: quod omnibus in gentibus
Per gloriam deprædicatur maximam. Malach. 1
Ad quod tremunt & cœlites & inferi,
Et poplites flectit genus mortalium:
Nomen quod est super omne nomen, gloriæ Phil. 2
Proprium Dei, soliq; congruens Deo,
Illam quibus plerumq; cernere est datum Io. 12.
In uisionibus suis sanctißimis.

Quod est nomen, quod in gentibus glorificatur, quàm quod est Domini, per quē glorificatur Pater, & glorificatur homo? Et quoniam proprij Filij eius est, & ab eo factus est homo, suum illud uocat.

Quemadmo-

Quemadmodũ si quis rex filij sui pingat imaginem, Iustè illam suá dicat imaginem, secundum utrunq;: quoniam & filij eius sit, & quòd ipse fecerit eam. Ireneus lib. 4. cap. 33.

Christus secundum hominem est Dominus cœlestium, terrestrium & inferorum. August.

Nomen super omne nomen, Dei nomen est. Ambrosius.

ἐνανθρώπησις, hoc est inhumanatio seu corporatio, ex Maria accepit nomen, quod est super omne nomen, ut cum uerbo Deo uocetur filius Dei. Epiphan. contr. Arioman.

Nunquam suis quod prodidissent literis
Sacri per inspirationem Spiritus,
Si gloriosam credidissent illius
Carnem creaturæ inferendam in ordinem,
Cultu carentis & omni honore Numinis.
Matth. 4 *Dominum Deum tuum coles, & seruies*
Deut. 6. 10. *Vni atq; soli, dicit ipsa ueritas.*
Ipsi sibi qua uoce diuinum decus
Omne abrogasset Filius ipse hominis,
Si se creaturæ uocari nomine
Vellet, creaturæ ue haberi in ordine.
Christum Deum scriptura nouit integrum,
Sanctiq; patres Spiritu afflati Dei
Nouere Christum nunc Deum per omnia.

Resurrexit homo, quoniá homo mortuus: & resuscitatus homo, sed resuscitans Deus. Tunc, secundum carnem, homo: nunc per omnia Deus. Ambr.

Hominem etenim uerbum quod assumpsit suum,
Id dicitur totum Deus, propter Deum:
Hominemq́; propter, dicitur pariter homo.

Quia forma Dei accepit formam serui, utrumq; Deus, utrumq; homo. Atq; hoc totum, & Deus dicatur, propter Deum: & homo, propter hominem. Idem de myster. incarn. Dominic. lib. 4. cap. 21.

Christus ex Deo Deus, hoc totum est ipse quod Deus est. Non potest aliud quid diuersum Christus esse, quàm Deus est. Hil. lib. 8. de Trinit.

Cœtus sacri fides scit in Christo suam
Oeconomiam, diuisionem reprobat.

Ecclesiæ fides scit in Christo dispensationem, sed nescit diuisionem. Idem lib. 10. ibidem.

Homo namq; uerbo ad unitatem mixtus est,
Quod in seipso hominem & Deum couniit,
Epiphanij uerbis ut utar Cyprij.

Miscente in seipso hominem & Deum. Tertull. lib. 2. aduers. Marcion.

In idem impleuit perfectam resurrectionem in diuinitate sua, in eadem anima, in eodem sancto corpore: couniens deinceps dispensationem omnem in unam unionem deitatis, in unam dispensationem, in unam perfectionem.

Couniens carnem suam in unam deitatem.

Counitum simul est in unam ipsius Deitatem carnale. Epiphan. contr. Ariomanit.

Caro in cœlestem habitum commutata. August. Psal. 109. Dei uerbo ad unitatem commixtus est homo. Idem.

Salua tamen carni manente essentia,
Hieronymus quod addidit piissimus,
Melioris auctu qualitatis splendidæ,
Deitatis ipsius per amplitudinem
Sanctæ resuscitationis & stolam,
Per perpetis perennitatis secula,
Psal.8. *Et per coronam honoris atq; gloriæ,*
44. *Et unctionem balsami lætissimam,*
Illum Pater qua unxit suis præ fratribus.

Hæc est uera resurrectionis cōfessio, quæ sic gloriā carni tribuit, ut non auferat ueritatem. Hieron.

Homo Christus est in natura & gloria deitatis. Idem in Iob. cap. 14. Cauendum est, ne ita diuinitatem astruamus, ut ueritatem corporis auferamus: cui immortalitatem dedit, naturam non abstulit. August. epist. 57.

Quod proficit utiq;, mutatur in melius. Ambros.

Hæc Euangelici sacramenti & humanæ spei ueritas est, humanam naturam corruptibilemq; carnem per huius gloriæ demutationem in æternam transmutatam esse substantiam. Hilar. Psal. 143.

Verbum Deus namq; ante tempus & hominem,
Patris Dei atq; hominis parentis Filius,
Sed Virginis, suo, parentis, tempore
Homo Deus, geminæ unus atq; idem simul
(Hoc denuò nihil uetat nunc dicere)
Substantiæ, carnis suæ prouincia
Obita, fidelium salutis gratia,
Rediuiuus è sepulchro & ipsis inferis

Reuersus

Reuersus in cœlum, Deo dexter Patri
Adest, honore par, nec impar gloria.
Sic ergo post hominem & Deum, per gloriam,
Nunc totus est homo, Deus totus simul.
Hoc namq; dispensationis est caput,
Hæc summa sacratißimi mysterij,
Sic genera dirimens & ipsa tempora,
Et aliud atq; aliud fide considerans,
Christum unicum tamen ut ubiq; intelligas.

Stephanus sanctus Dei martyr cùm lapidaretur: Ecce, inquit, uideo cœlum apertum, & Filium hominis stantem à dextris Patris. ut ostenderet, corpus ipsum in ueritate, in spirituale unitũ, & in deitatem counitum. Sursum uerò ipsum sanctũ corpus cum diuinitate totus est Deus, unus Filius sanctus Dei, sedens ad dexteram Patris. Epiph. contr. Apellian.

Tẽpori coaptato, quæ de Christo dicta sunt, ut cũ aliud sit ante hominẽ Deus, aliud sit homo & Deus (θεάνθρωπος) aliud sit post hominẽ & Deũ, totus homo, totus Deus, nõ cõfundas tẽporib. & generibus dispensationis sacramentum. Hilar. de Trinit. lib. 9.

Idem Christus	ante incarnationẽ	Verbũ, Sapiẽtia, Virtus Dei, &c. Deus, Dominus.			
	post incarnationẽ dieb. carnis suæ,	Filius	Dei Hominis	θεάνθρωπος.	
	à gloriosa resurrectione,	Totus	Deus. Homo.		

Monicæ illius piæ beatus filius,
Non audiendos esse decernens uiros,
Inter creaturas Dei qui collocant,
Ob paßionem, carne qua defunctus est,
Gnatum, dehinc sensum refert huiusmodi:
Rom.8 Aliud creaturam esse (uanitudinis
Psal.118 Quæ seruituti semper est obnoxia)
Et aliud assumere creaturam. (minus
Verò creati uel creantis in modum,
Ac neutiquam prorsus creaturaliter,
Græci quod ἀκτίστως loquuntur rectius.)
Conceptione nam supermirabili,
Psal.131 Dauidico de uentre Virginis piæ,
Sermo Dei assumpsit sacram carnem sibi:
Vt nemo dixerit creatam propriè,
Prout Christiana dictat & ratio & fides.
Sin admodum uerbum creaturæ urgeas
In hoc loco, de uoce non certabimus,
(Christi ut modò res gloriæ deseruiat)
Contra Arianos qua usus est doctor pius
Quadam neceßitate ductus impios:
Sed ipsius laudabimus sententiam,
Patrocinantem Christianæ gloriæ,
Litemq; nostram dirimentem: scilicet
In melius esse corporis substantiam
Auctam, per excitationem à mortuis:
In gloriosam uidelicet carnem Dei,

Adeoq;

Adeoq; iam per omnia (ut dixi) Deum,
Qui disputationis est nostræ scopus.

Omnis creatura seruit, dicente propheta: Quia uniuersa seruiunt tibi. Ambros. epist. 47.

Omnis creatura serua est. Cyrillus.

Omnis gloria carni acquirebatur. Hilarius.

Propterea quòd unigenitus carnē & sanguinem participauit, humanæ perpessiones (τὰ ἀνθρωποπαθῆ) de ipso & corporato eius aduentu, perceptiuæ gloriæ canuntur & prædicantur. sed non extra perfectā & gloriosam eius deitatem, quæ nihil opus habuit percipere gloriam: quippe quæ per seipsam in se habeat gloriam suam, & per seipsam perfectionē suam. (τὸ αὐτοδεδοξασμένον καὶ αὐτοτέλειον.) Epiphanius. contra Arianos.

Nec eos audiamus (inquit August. de agon. Christian. cap. 10.) qui propterea uolunt cogere ut inter creaturas Filium Dei numeremus, quia passus est. Aliud est esse creaturam, & aliud suscipere creaturam. Filius unigenitus, uirtus, sapientia & uerbum Dei, per quod facta sunt omnia, suscepit humanam creaturam, quam lapsam erigere atque inueteratam renouare dignatus est: nec in ea per passionem ipse in deterius commutatus est, sed eam potius per resurrectionem in melius commutauit.

Crede, agnosce Christum in carne uenisse, accepisse quod non erat, non amisisse quod erat: hominem in se mutasse, non in hominem fuisse mutatum. Idem de uerb. Apost. serm. 30.

Postquam Deus semel creauit omnia,
Testantur ut Mosæ sacratæ litteræ,

Gen.2 *Bene admodum, suoq; quodlibet ordine,*
Omni creatione destitit sua:
Exinde per uerbum gubernans omnia.
Heb.1. *Et uniuersa per quod ille condidit,*
Io.1 *Sed corporatum iam diebus ultimis.*
Post principem uerò creaturam editam,
Græci γγυαρχlω *quam uocant uerbo unico,*
Dehinc creaturam creatura excipit,
Generationis per uicißitudinem,
Cuiusq; fert ut seminarium rei,
Naturaq; ipsa, & cura Prouidentiæ.
At legibus non hisce naturæ caro
Est factus hoc in orbe Filius Dei,
Deo satus parente, matre Virgine,
Natiuitate prodita è cœlestibus
Per ipsius gnati patrisq; Spiritum.
Hier.31 *Ausimq; iam cum uate sacrato nouam*
Creationem, uerbo abutens, dicere
Natura quæuis, & creata quælibet,
In omnibus quam nesciere seculis:
Esa.7 *Proinde uati dicitur signum alteri.*

Creauit Dominus nouum super terram: Femina circumdabit uirum. Notabiliter natiuitas Saluatoris atq; conceptus Dei noua creatio nuncupatur, eo quòd perfectus uir in uentre femineo solitis mēsibus continebatur. Hieron.

Nostram ille de sancta recepit Virgine,

Quum

Quam gratia lustrauerat sua sibi
Deus pater per Spiritum sanctum suum,
Non noxialis criminis substantiam,
Contagioso nec satam de traduce
Peccati originarij substantiam.

Christus secundum omnia, præter peccatum, fit homo, ex Virgine prognatus, carne simul & anima purificata. Oportuit enim & natiuitatem honorari, & uirginitatem præhonorari. Greg. Theol. in homil. Paschal.

Virgo carnem Christi nõ peperit de peccati propagine. August. tract. 79. in Ioan.

Non huius est, Christi creaturæ caro,
Paulus quemadmodum euidenter prodidit. Heb. 9
Peccantis instar hominis ille homo editus,
Sed absq; peccato omni homo sanctissimus,
Natiuitate par alijs mortalibus,
Conceptione ipsa sed impar omnibus:
Quæ Trinitatis est opus ter unicæ. Luc. 1

In similitudine hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Phil. 2. Deus Filium suum misit in similitudine carnis peccati. Rom. 8.

Hic partus Deus est nobiscum. Irenæus.

Christus nostræ substãtiæ est, salua tamen incarnationis suæ gloria. Ambros. de fide lib. 2.

Christus est supra hominem, cùm ab humanæ legis natiuitate distet. Idem Rom. 1.

Omnia in similitudine hominũ habuit incarnatio Domini: sed similitudo erat cum differentia. Natus

est ex Virgine, similitudine generationis, dissimilitudine conceptionis. Idem super Luc.

In naturæ humanæ susceptione gratia quodammodo illi homini naturalis facta est, quę nullum peccatum posset admittere. August.

Conceptum Virginis Spiritus, nõ caro: fides, non libido præuenit. Credendo, non concumbendo, fœcundata est uirginitas. Idem de Trinitat. lib. 13. cap. 18.

Deus est in carne: & quæ huius dispẽsationis officina est? Virginis corpus. Quæ autẽ generationis principia? Spiritus sanctus, & uirtus altissimi obumbrans. Basilius in homil. de natiuit. Domin.

Quod enim natum est in ea, ex Spiritu sancto est. Vnde manifestum est, nõ secũdum cõmunem carnis naturam constitutionem Domini extitisse. Statim namque perfectum id carne fuit, quod in utero gestabatur: non ea quæ paulatim fit, fictione conformatum. quemadmodum uerba declarant. Non enim dictum, id quod creatum est, (τὸ κτισθὲν) sed id quod natum est, (τὸ γεννηθὲν.) Ex sanctificatione igitur coagmentata caro, digna erat quę deitati unigeniti uniretur. Idem ibidem.

Deus uerbum cœlitus descendit, & in utero Virginis incarnatum, & perfectè homo factum est, ut non discerneret incarnatam perfectionem à diuina perfectione. Quapropter additum: Et ideò quod natum est sanctum, uocabitur Filius Dei. Epiphan. contr. Ariomanit.

Generationem istam propheta maximus,
Euangelistam quem uocant quamplurimi,

In spiritu uisam esse inenarrabilem,
Stupore in ecstasi pio professus est.

Natiuitatem siue generationem eius quis enarrabit? Esa.53. Hæc uerba S.Iustinus Martyr, & Lactan. aliiq; ueteres patres de carnatione quoq; uerbi acceperunt: & ipse etiam diuus Hieronymus.

Natiuitatis istius mysterium
Sancti fide norunt magis quàm edisserunt.

Partus Virginis difficulter potest exponi: & mysterium diuinæ natiuitatis in corpore, sancti magis fide nosse quàm dicere possunt. Hieron. Esa.53.

Hîc in timore iudicet Dei *pium*
Pectus, creaturam queátne dicere,
Sic editum supra creaturæ modum,
Dominum creaturæ omnis in cœlo atq; humo,
Vnigenitum gnatum parentis unici,
Altißimi prolem Dei *sanctißimam,*
Sanctißimè genitrice natam Virgine,
Hominem Deum*.de carne cuius unica*
Genus hominum omne sanctitatem percipit,
Iesum esse confitentium Christum Dei*,*
Per conditorem restitutum in integrum.

Oportebat enim eum qui uerus esset artifex, adinstar figuli curam proprij, quod suis ipse finxit manibus, figmēti & uasis gerentem, idipsum postea per inobedientiam in diminutionem delapsum, & quod (ut ita dicam) adhuc lutum esset, & tanquam scissura rimaq; ducta effluens uas, non ita in eo statu relinquere; sed in ueterem pristinamq; redigere mas-

ſam, ut rurſum uas huiuſmodi per regenerationem (pręſentem & futurā in Chriſto) reparet, reſtituatq; in reſurrectione in priſtinam claritatem, atq; etiam in præſtabilius quidquam: hoc eſt, corpora eorū qui iniquiſsima patrarunt, & per pœnitentiam reſipuerunt, & à lapſibus ſuis defecerunt, & in cognitione Domini noſtri Ieſu Chriſti ad perfectionem peruenerunt, ut maſſæ redintegratio ſeu reſurrectio è terra fiat, ſicuti maſſa ab artifice ſubacta & emollita, & denuò ad priſcam, atq; etiam multo præſtantiorem reducatur conformationem. Epiph. contr. Ophit.

—Poſt partum Virginis, ex quo
Corporis humani naturam priſca propago
Deſeruit, carnemq; nouam uis ardua ſeuit,
Atq; innupta Deum concepit femina Chriſtum,
Mortali de matre hominem, ſed cum Patre Numen:
Inde omnis iam diua caro eſt, quæ concipit illum,
Naturamq; Dei conſorti fœdere ſumit.
Verbum quippe caro factum, non deſtitit eſſe
Quod fuerat uerbum, carnis dum glutinat uſum:
Maieſtate quidem non degenerante per uſum
Carnis, ſed miſeros ad nobiliora trahente.
Ille manet, quod ſemper erat: quod non erat, eſſe
Incipiens. nos qnod fuimus, iam non ſumus: aucti
Naſcendo in melius. mihi contulit, & ſibi manſit:
Nec Deus ex noſtris minuit ſua, ſed ſua noſtris
Dum tribuit, noſmet dona ad cœleſtia uexit.

Prudentius in Pſychomach.

Sic ipſe noſtra Chriſtus eſt ſubſtantia,
Natura noſtra, noſtra ſic & eſt caro,
ὁμοούσιος nobis. Patrum quod concio

Synoduſq;

Synodusq́; sancta ritè dixit & ordine,
Frequens coacta Martiano principi.
Nostris tamen non orta moribus caro,
Nec legibus nostris creaturalibus
(Vt sic modò signantius paulò loquar)
Partu nouo creata Virgini caro:
Famem illa sensit, sensit & sitim, simul
Experta cæteros labores pertulit,
Et paßiones, unde crimen prouenit:
Expers sed omnis illa criminis fuit,
Per gratiam peccare non idonea.

Ανδρομέοις τε, καὶ ὀ βροτέοισι νόμοισι
Σεμνοῖς ἐμ σπλαγχνοῖσιν ἀπειρογάμοιο γυναικὸς
Σαρκωθείς. —

— Hominem sub lege creatus (carnatus.)
Non hominũ de more tamen caro matris in aluo
Virginis intactæ. Greg. Theologus.

Non melius hæc uerba carmine uertere potui, ut uersus cõsisteret. Sensus autẽ est: Dominũ in Virginis uiscerib. incarnatũ esse, humanis & non humanis legibus. Id quod eo propè modo est dictũ, quo modo Epiphanius aduersus Semiarianos de Verbo incarnato scripsit: In similitudine hominum factus, & homo erat, & non per omnia homo. Homo uidelicet, eo quòd carnem susceperit humanam: quandoquidem uerbum caro factum est. nõ homo autem erat, quoniam non perinde atq; homines progenitus est: non enim ex semine & concubitu, &c.

Item Hil. lib. 10. de Trinit. Non fuit habitus ille tamen

men hominis, sed ut hominis: neq; caro illa peccati, sed in similitudine carnis peccati.

---Quem femina prægnans
Enixa est sub lege uteri, sine lege mariti. Prudētius.
Mortalem perstrinxit Spiritus aluum,
Spiritus ille Dei: Deus & se corpore Matris
Induit, atq; hominem de Virginitate creauit. Idem.

Quapropter etiam ἀναμάρτητος, id est impeccabilis, Christus homo fuit. Sustinuit famem, sitim & somnum in carne, ut idem dicit Epiphanius: à quibus peccabilibus perpessionibus corpora mouentur. Sed minimè ex eis peccabiliter (ἁμαρτητικῶς) commotus est. Christus natus, non creatus. Hieronymus.

Proin creaturam ut uoces Christum caue,
Vt sancta cauit concio, quam diximus,
Christi fidelis esse qui cupis bonus.
Nec te Staphyli moueat acumen callidi,
Absurditate qui sibi sumpta graui
Plura insuper deinde confert absona,
Inductione raptus à Socratica,
Adusq; Patris ipsius blasphemiam,
Ludum miser rebus sacris ludens malum.
Director ille tertiæ Synodi sacer,
Theodosius quam iunior coegerat,
Idem Cyrillus, quod patres isti pij
Dixere, dixit: quòd Dei uerbum caro
Homoq;, sicut nos sumus, factum siet.

Ipsius Dei uerbum caro, & sicut nos sumus, ho-

mo factum. Cyrill. in 12. cap. Niceph. lib. 14. cap. 33.

An ergo sanctam & ipse Filij Dei
Carnem, creaturam sua sententia
Decreuit esse? Nil minus, mihi credito.
Vix alter isto patre scripsit acrius
In gloriosæ carnis hostes Dominicæ,
Diuinitatis hanc mouentes ordine.
Aliter creaturarum habet ratio, aliter
Arcana uirtutis Dei potentia,
Cui nostra nullo conferenda sunt modo.

Alia creaturarum est ratio, alia secretorum potentia diuinorum. Ambros. Non sunt Deo comparanda nostra. Tertull.

Dominum potentiorem credamus omni corporum lege. Idem.

Verbis super factisq; mysticis Dei,
Argutijs & sensibus mortalibus
Ratiocinari, sacrilegum esse deputa.

De uerbis Dei humano sensu argumentari, sacrilegum est. Hieron. Hier. 31.

Nec est, creatura ut creetur ipsemet
Rerum Dei gnatus, Creator omnium,
Per quem uidelicet uniuersa condita.
Num quid creaturam creatura adiuuet,
Et ad salutem num quid illa conferat,
Verbiq; carnis absolutam gloriam,
Diuinitatis & decus plenissimæ?

Quid creatura adiuuet? aut quem usum afferat ad

salutem

ſalutem noſtram? & ad Dei uerbi incarnatam glorificationem & perfectam deitatem? (πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ λόγου ἔνσαρκον δοξολογίαν, καὶ τέλειαν θεότητα) Quid prodeſt nobis Chriſtum creaturam dicere? Quid creatura creaturis efficit? Epiphan.contr.Arian.

(Tremunt uidentes angeli uerſam uicem
Mortalium, culpat caro, purgat caro,
Regnat Deus Dei caro) ſanctiſsimæ
Agnoſce matris cantilenam Eccleſiæ,
Pietatem ut illius ſequutus ſis ſciens,
Regnare carnem non creaturam Dei
Verbi patris, plenam paternæ gloriæ,
Col 2 *Diuinitas quam corporaliter intulit.*

Si quis non confitetur, carnem Domini uiuificatricem eſſe, & propriam ipſius uerbi Dei patris, anathema ſit. Decretum Synodi Epheſ. Niceph. lib.14.cap.33.

Caro & ſanguis (uerbi corporati) faciunt nobis uitam. Irenæus, Tertull. Hilarius.

Chriſtum Ieſum non aliud quàm Deum, in diuinitatis plenitudine cõfitendum. Hil.lib.1.de Trinit.

Chriſtus in naturæ paternæ gloriam poſt diſpenſationem aſſumitur. Idem lib.9.

Ambroſia quæ eſt, æternitatis pabulum:
Habens ſuum nectar cruoris, poculum
Perennitatis, conferens epulonibus
Vitam beatam, uitam interminabilem.
Nam uiſceratione ſacratiſsima
Quouis die, quando ſuis myſterijs

Sanctas

Sanctas dapes & Christi uiua pocula
Libamus, ad uitam perennem pascimur.
Et particeps diuinitatis redditur
Christi ipsius, conuiua si quis sit modò
Gustare corpus sanguinemq; idoneus
Domini, futuræ pignus & spem gloriæ:
Conuiua sanctus, & renatus cœlitus, Ioan. 3
Fide probatus, & probatus moribus. 1. Cor. 11

Gratias tibi Deus omnipotens ago, pro sacratissima illa effusione preciosi sanguinis Filij tui, quo sumus redempti: simul & pro sacrosancto & uiuifico mysterio corporis & sanguinis eius, quo quotidie in Ecclesia tua pascimur & potamur, abluimur & sanctificamur, & unius summæ diuinitatis participes efficimur. August. lib. medit. cap. 15.

Porrò alimentũ hoc apud nos appellatur Eucharistia: quod nulli alij participare licitum est, quàm ueram esse doctrinam nostram credenti, & lauacro propter remissionem peccatorum & regenerationem abluto, & ita ut Christus tradidit uiuenti. S. Iustinus.

Et uniuersa Christiani nominis
Verum Deum Christum colens Ecclesia,
Cum Patre in unitate adorat Spiritus,
In omnibus suis precationibus.

Solum hunc & unũ Dominũ: & hũc Altissimum,
Cum Spiritu sancto, canens in gloria
Dei Patris, concentibus perennibus,
In orbe toto ad astra fert mater pia.

Vno

Vno consensu glorificamus Dominum nostrum Iesum Christū, unigenitū Filium & uerbum Dei, ante secula de Patre natum, & in ultimis diebus incarnatum ex Spiritu sancto, & sancta Virgine & Deigenitrice natum, & hominem factum & crucifixum, unum esse sanctæ & cōsubstantialis Trinitatis, & coadorandum & conglorificandū Patri & sancto Spiritui. Nec enim alium Deum uerbum, & alium Christum cognoscimus: sed unum atque eundem ipsum consubstantialem Patri diuinitate, & cōsubstantialem nobis eundem ipsum humanitate, propriè & uerè Deum. Quocirca & gloriosam uirginem Mariam propriè & uerè Dei matrem esse dicimus. l. 3. C. de summ. Trinit.

Solus unigenitus aduenieēs carnem induit, in qua & resurrexit: quam etiam couniuit deitati, in Spiritum coaduniens: & in gloria collocauit, in dextera Patris. Epiphan. contra Audian.

Ioan. 5 *Et Filium colens, Patrem colit simul:*
Nec Patrem honorat, non honorans Filium.
Inseparabilis modis & omnibus
Ab honore Dei, Christi ipsius planè est honor.

Inseparabilis est à Dei honore, honor Christi. Hilar. de Trinit. lib. 9.

Tibi ergo si detur, quod asseris, hominem
Christum creaturam esse: uel negaueris
Esse inuocandum, maximo periculo,
Quem spiritus omnes adorant flammei:
Vel inuocandum dixeris, contra Dei
Legis caput primarium sanctißimæ,

Non

Non hac nec illa parte blasphemus minus.
Nemo creaturæ inuocat nomen pius:
Soli Creatori hunc honorem habens Deo.

εἰ κτιστός ἐστιν ὁ υἱός, οὐ προσκυνητός: Si creatus seu creabilis est Filius, adorandus seu adorabilis non est. Stultum enim est creaturas adorare, & abrogare primum pręceptum, quod promulgat: Audi Israel, Dominus Deus tuus, Dominus unus est, &c. Itaq; non creatum est sanctum uerbum, quoniam adorabile: ὅτι προσκυνητός.

Adorarunt id discipuli: adorant angeli in cœlo: &, Adorent eũ omnes angeli Dei. &, Adoret te Domine uirtus mea. Epiphan. in Ancorat.

Sancta Dei Ecclesia nõ creaturam adorat, sed Filium genitum: Patrem in Filio, Filium in Patre, cum sancto Spiritu. Idem contr. Arian.

Sed fortè restat, inuocare te ut modò
Simules Dei gnatum, salutis unicam
Christi fidelium spem, & ancoram sacram.
Hîc tu accipe, Ambrosius episcopus pius
Et eruditus quam ferat sententiam
Aduersus hostes Christianæ gloriæ.
Vel quem creaturam uocant, iam desinant
Coluisse: uel coluisse quem asimulant probè,
Cessent creaturam uocare: perfidi
Cultus sub appellatione, ne impiè
Grauiora uecordes patrent sacrilegia.

Aut desinant colere, quem creaturam appellant: aut desinant, quem colere se simulant, dicere creaturam,

turam, ne ſub appellatione cultorum ſacrilegia grauiora committant. Ambroſ. de fide lib. 1. cap. 7.

Tanguntur oſſa, tangitur ſenſu caro,
Sed ſpiritus non tangitur digitis leuis.
Chriſtum manu quem prenderat Thomas ſua,
Doctus fidem certam per experientiam:
A' mortuis ſurrectionis colligens
Virtute totius ſacramenti ſtatum,
Ioan. 20 *Pleno ore cunctis detonat fidelibus,*
Illum & ſuum fatetur & Dominum & Deum.

Thomas totius ſacramēti fidem per uirtutem reſurrectionis intelligens, Deū confitetur Dei Filium. Hilar. lib. 2. de Trinit.

Ait Cyrillus, litteris nuſquam ſacris
Chriſtum creaturam uocari, ſed Deum.
Contra Cyrillum aut tu doce contrarium,
Aut impia decede de ſententia.

Chriſtus ubiq; Deus, & non creatura, nominatus à ſcripturis. Cyrill. in theſaur. lib. 12. cap. 2.

De Cyprio hoc etiam poteſt Epiphanio,
Chriſtum aſtruente non creatum eſſe à Patre,
Sed nec parente ipſa creatum è Virgine,
Diuinitus miro ſed editum modo,
Corpus ſibi ſumente Filio Dei,
Cum ueritate dici ineluctabili.

Complura uirginum fuere millia,
Quo Meſſias eſt corporatus tempore:

Maria sed una uirgo lecta ex omnibus,
Quamuis uiri atq; feminæ amplexu sata,
De corporis scena sui mundißima
Templum Dei gnato sacrosanctißimum,
Carnisq́; sanguinisq́; puri præbuit
Ritu colendum cum Dei uerbo pari.

Ariani Christum Filium Dei non natura, sed electione esse dixerunt. Aduersus hos electionis uerbo in amphibologiam uocato, sic agit Epiphanius in Ancorato:

Alij filij (Dei) sunt secundum gratiam: ille (Christus) unigenitus, & natura Filius. Et manifestum est, unde is electus, & unde electio. Nam multæ myriades erant (uirginum) in terra: sed Maria sola inuenit gratiá, & in ipsa elegit sanctam carnem. Beneplacitum est Patri, incorporata Christi præsentia. Matth. 3. 17. 2. Petr. 1.

Res unica est, quam nemo confutauerit:
Nobis uetustæ sunt nouæq́; litteræ,
Quas exaratas credimus diuinitus,
Afflante mentes Spiritu sacro pias
Tum Apostolorum, tum Prophetarum chori.
In his ad usq; finem ab ipso exordio,
Ad Filium quandoq; proloquitur Pater,
Quandoq; compellat parentem Filius.
Quod si uel alterum modò probaueris,
Quòd hic uel ille tale quidquam dixerit,
Charum creauit me sibi gnatum pater,

Ego te creaui Filium charum mihi,
Sic illico quod asseris confeceris.

Vna res est euidens & compendiosa, cui neq; opponi neq; contradici quidquam ab aliquo potest, si testimonium Filij Dei aduersarij ostendere habent, ubi Pater dixerit in ueteri & nouo Testaméto, Creaui mihi Filium: aut ubi Filius loquutus sit, Creauit me Pater. A' primordio usque ad finem loquutus est Filius, & ad ipsum Pater: & neutiquam dixit, Creauit me Pater: neque Pater, Creaui mihi Filium: aut Creaui filium meum. Idem ibidem.

Itaq; satis liquet, Dei gnatum unicum
Vnà esse adorandum sacro cum corpore.

Sed dixerit contentiosus & gloriæ affectator, Quid de corpore ais? De Maria uidelicet assumptũ esse. Maria uerò quid, inquit, increatá ne an creata? Creatã & nos dicimus, è uiro & femina genitã. Verùm id quod de Maria est, quid perhibes? Vtrũ adorabis Saluatorem in corpore, an non adorabis? Quid ni adorem? Si enim nõ adorauero, uitam non habuero. Ergo creaturam adoras, corpus ipsum? Ingens est uecordia eorum qui talia dicunt, &c. Nemo dixerit unigenito, Dimitte corpus ut te adorẽ: sed adorat unà cum corpore unigenitũ, increatum seu increabilem cum templo sancto, quod aduenies accepit. Itaque Christus adoratur cum eo corpore quod sepultũ est, & excitatum, &c. Idem ibidem.

Thomas Aquinas compati secum negat,
Simul creaturam esse, & esse Deum simul:
Docens creaturam, secundum quod caro est,

Non

Non esse Christum. —

Esse creaturam, non compatitur secum quod est esse Deum: Ergo Christus nõ est creatura, secũdum quod homo. in 3. Sentent. Dist. 11.

— Dogma quin quod asseris,
Id te magister ipse non docuit tuus,
Hæc cuius est memorabilis sententia,
Per syllogismum si quis hoc dicat modo:
Quodcunq; homo sit, id creaturam quoq;
Simul esse: Christum ipsum sed esse hominem: Proin
Christum creaturam esse. apud philosophiam
Ratiocinatione recta colligi,
Sed non habere illam locum in Theologia.
(Huic illa iure cedit in domo Dei:
Ancilla Saræ cedit Agar liberæ,
Sponsæ ministra, uirgini pedissequa,
Cliens patronæ, concubina coniugi.)

Quidquid factum est caro, factum est creatura:
Filius Dei factus est caro:
Ergo Filius Dei factus est creatura.

Bonus syllogismus in philosophia, tamen nõ debet tolerari in Ecclesia Dei.

Testatur idem, non creaturam, Deum
Sed esse Christum: conditoris & Dei,
Non conditæ rei quòd actiones exhibet.
Noxas remittens, Spiritum donans suis
Sanctum, & quietem conscientijs pijs,
Fidelibusq́; gratiæ charismata,

Præstare natura Deus quæ unus potest,
Dei ipsius uidelicet regalia.

Peccata dimittere, & Spiritum dare, Dei solius est. Ambrosius.

Christus non creatura, sed uerus Deus est: quia ea facit, quæ Deus. Habet opera diuina, nõ creaturæ, sed Creatoris. Quia dat gratiam & pacem. Ea autem dare, est peccatũ damnare, morte destruere, diabolum cõculcare. Ista nullus angelus donare potest. Cum autem hæc Christo tribuatur, necesse est eum esse natura Deum. Lutherus Gal. 1.

Sin ille posthac cessit à sententia
Hac orthodoxa, à ueritate cesserit,
Et à seipso, carne mutans spiritum.
Huc adde: Cæsar Carolus Quintus tuam
(Pro singulari erga Deum fide sua,
Cui se potestatemq; cœlitus sibi
Datam referre uni professus est libens,
In obtinendæ spe beatitudinis,
Et præmij certi perennis gloriæ,
In muneratorem suum gratissimus)
Hanc hæresim pridem sua sententia,
Christo suam quo uindicaret gloriam,
Quòd improbauit, lege lata sanciens:
Ne Vadiani quis libellum perlegat,
Carnem creaturam esse regis gloriæ,
Apoc. 19 *Regumq; regis, & omnium dominantium*
Domini unici, qua terra, qua cœlum patet,

Dialecticæ armis asserentem subdolis.
Nescire quam te Principis lectissimi,
Aut (si tibi fors cognita est) contemnere,
Vehementer admiror piam sententiam,
Sanctis petitam è litterarum fontibus,
Scitis & antiquis sacrorum cœtuum,
Probisq; doctrinis uetustorum patrum,
Sententiam nostræ coronidem piæ
Professionis, & probati dogmatis:
Communionis cum Deo fiduciam,
In qua fidelium stat deificatio,
Spes unde nostræ pendet omnis gloriæ.

Per Prophetas Deus promisit salutare suum se facturum omni carni uisibile, ut fieret Filius hominis ad hoc, quò & homo fieret Filius Dei. Irenæus libro 3. cap. 11.

Hoc factum est uerbum, quod nos sumus: id est, homo, suum plasma in seipsum recapitulans. Idem.

De uentre Dauid (qui uirginis Mariæ uenter est) suscitatur rex æternus, qui recapitulat omnia in se. Idem ibidem cap. 31.

Verbum homo factum, ut hominem coniungeret Deo: ut regeneraret homines in Deũ: ut in carnem Domini incurreret paterna lux, & à carne eius splendida ueniret in nos, ac sic demum homo ueniret in incorruptibilitatem lumine pateruo circumdatus. Idem lib. 4. cap. 37.

Verbum homo factum, reformauit genus humanum. Idem cap. 41.

Homo participat gloriá Dei, & peruenit ad perfectum. Idem.

Idcirco hominem assumpsit illa maiestas, ut nos efficeret deos. Athanasius.

Cum Christo me cō sepeliri oportet, cū Christo consurgere, cum Christo hæreditatem cernere, Filiū Dei fieri, Deumq; adeò nominari. Greg. Theol. in orat. funebr. fratris sui.

In resurrectione nouissima, anima corpus totum in seipsam consumens, cum illo unus erit spiritus, & mēs, & Deus: & à uita fluxum & mortale deuorabitur. Idem ibidem.

Finis mysterij, ut homo inclinatione ad Deū deificetur: πέρας τοῦ μυστηρίου, τῇ πρὸς θεὸν νεύσει θεούμενον. Idē.

Christiani ab una natura accēduntur & lucēt, ab igne diuino Filij Dei: & habent lucernas ardentes in cordibus suis, & splēdent coram eo, adhuc in terra uersantes, sicut & ipse. Ait enim: Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis. Quapropter Christus uocatus est: ut eodem quo ipse est unctus oleo, & nos uncti Christi simus, eiusdem (ut ita dicam) essentiæ, & unius corporis. Rursus enim dicit: Sanctificās ipse, & sanctificati ex uno omnes. Sin in ipsis ex lucerna deitatis non relinquatur, nihil sunt. Macarius Aegypt. homil. 43.

Atque hæc est spes illa uiua, in quam, secundum multam misericordiam suā Deus nos regenerauit, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, ad hæreditatem incorruptibilem, incontaminabilem, immarcescibilem, &c. 1. Petr. 1.

Vt fiamus diuinæ participes naturæ. 2. Petr. 1.

Et cùm nunc Filij Dei simus, quamuis nondum manifestum

manifestum sit quid futuri simus: quòd tamen sciamus, nos illi similes fore. Quoniam uidebimns eum, sicuti est. 1. Ioan. 3.

Christo nam in ipso est portio cuiuslibet Eph. 1. 5.
Nostrûm caro sanguisq́; quatenus caput Col. 1
Est ille nostrum, membra nos & illius Rom. 12
Corpus, caro eius carnis, ossa & oßium. 1. Cor. 6 Eph. 4. 5.

Est in ipso Iesu Christo Domino nostro uniuscuiusq; nostrûm portio, caro & sanguis. August. Medit. lib. cap. 14. Nos sumus mēbra eius, & caro eius, &c. Ibidem.

Caput suo non dißitum est à corpore,
Suisq́; membris. nemo carnem odit suam:
Sed quisq; diligit, fouet, complectitur.
Quod maximum Paulus refert mysterium, Eph. 5
Christum inter ipsum, & inter ipsam Ecclesiam.

Nemo unquam carnem suam odio habet, sed fouet & diligit eam. Caro nostra nos diligit: Diligit carnem suam, membra sua, & uiscera sua. Ibidem.

Est sanguinis cuiq; prærogatio,
Carnisq́; nostûm in eo. Proinde ubi portio
Iam nostra regnat gloriam obtinens suam,
Regnare nos ibi gloriosos credimus,
Resuscitati qui superna ascendimus, Eph. 2
Cœlestibus cum illo locati sedibus.

Habemus sanguinis nostri prærogatiuam in ipso. Vbi ergo portio mea regnat, ibi me regnare credo. Vbi caro mea glorificatur, ibi gloriosum me esse cognosco.

In Christo resurreximus, & iá cœlos ascendimus, & in cœlestibus consedimus. Ibidem.

Sanguis ubi noster imperat, dominarier
Et nos ibi certa fide sentiscimus.

Vbi sanguis meus dominatur, ibi dominari me sentio. Ibidem.

Peccator etsi sum, tamen fiducia
Communionis spem facit mihi gratiæ,
Naturæ & ipsius meæ communio
Tecum mihi quæ Christe summa interuenit.
Et unde me peccata trahunt mea,
Communis hic requiritur substantia
Tuæ meæq; carnis atq; sanguinis,
Tua ipsius qui membra amas & uiscera.

☞ Quamuis peccator sim, de hac tamen cómunione gratiæ non diffido. Et si delicta mea me excludunt, naturæ cõmunio non repellit. Et si peccata mea me prohibent, substantia mea requirit. Ibidem.

Spes unde nostræ pendet omnis gloriæ:
Ad uerba cœpta nam reuerti conuenit.
Hanc te decebat Cæsaris legem sequi,
Si ueritas te forsitan mouit parum:
Qui purpuram magis colis, quàm ipsum Deum,
Modò huc, ut Euripus, modò illuc fluctuans,
Prout temporis mutabiles ferunt uices.
Perquàm uenustè, nec minus uerè tamen,
Dixit sophista quod bonus Themistius,
De Proteis, polypis, chamæleontibus,

Et de

Et de cothurnis cuilibet dextris pedi.
Procliue certè dicere atq; credere
Foret, creaturam esse Filium Dei:
Ni Trinitatis unicus summæ decor,
Aequalitas & uniformis gloriæ,
Nec non sacrarum litterarum ueritas,
Et ipsius fidei reclamet regula.

Non esset difficile Christum credere creaturam. Cyrillus in Thesaur. lib. 12. cap. 15.

Summè ergo constat impium esse & perfidum,
Iudaicum planè atq; Musulmanicum,
Ipsum creaturam uocare Filium,
Patris unici unigenam, Patri non disparem.

Magna est impietas, Filium Dei creaturam appellare. Idem ibidem.

Nam Christianam funditus tolit fidem,
Si non secunda & una persona est Dei
In Trinitate Christus ipse simplici,
In qua creaturæ nihil planè est loci.
In Trinitatis namq; sacratißimo
Fidelium sita est salus mysterio:
Hæc sola & una nos beat professio,
Vitamq; sola & una confert perpetem. Ioan. 17

Salus credentium, mysterium Trinitatis est. Hieronymus.

Verbum editum est à Patre, uerbum cætera
Cuncta edidit, geßitq; hominem: quem & perditum
Redemit,

Redemit, & Patri reconcilians suo,
In illius sedem locauit dextimam:
Parentis & Christi charisma Spiritus
In corda diffusi fidelium sacri,
Et patris & gnati uigorem corpori
Nostro ingerit, diuina complens munia.

Edere nam uerbum Patris est, at cætera uerbi:
Assumptũ gestare hominem, reparare peremptum,
Conciliare patri, dextraq; in sede locare,
Spiritus ista Dei complet. Deus ipse fideles
In populos charisma suum diffundere promptus,
Et patris & Christi uirtutem in corpora transfert.
Prudentius.

Pater creauit, recreauit Filius:
Nos Spiritus sanctus gubernans perficit,
Aeternitatem & præparat mortalibus.

Alijs Deum esse plurimis liquet satis:
At Christianis, unus & trinus Deus
Solis colitur: Pater, Patrisq; Filius,
Et huius illiusq; Spiritus sacer,
Honore, maiestate, numine par Trias.

Hæc nos fides ab hæresi omni separat,
Iuxta sacratas ritè culta litteras.

Deum esse, multis notum est: sed quòd Pater sit, & Filium habeat, paucis. August.

Ecclesia non solum credit Deum creatorem esse creaturarum, (nam hoc & Iudæi sciunt, & Græci) uerùm etiam Patrem esse unigeniti, nõ modò creatiuam obtinentem efficaciam (unde creator intelligitur)

ligitur) sed quoq; propriè & unigenitè generatiuã, iuxta quã Pater unigeniti à nobis intelligitur. Epiphanius aduers. Semiarianos.

Verùm age: creaturam asserens gnatum Dei,
Christum esse, qua natus caro, atq; à mortuis
Ipsi superstes mox sibi, nunc dextimus
Regnator aßidet Deo summus Patri,
Quo prædicaminum locabis ordine?
Et cuius hæresis uoles censerier,
In classe dogma multiformiter impium?
Nam quod creaturam uocas carnem Dei
In gloriam assumptam Patris, commune habes
Cum Ebione. Quantó nam, rogo, discrimine
Distat, merum Christum uocare perfidè
Homuncionem? Et impiè Christum Deum,
Hominemq; Christum, eundem & unicum tamen,
Homo quatenus siet, creatum dicere?
Seu tu creaturam magis dictum uelis?
Et hic & illic hæresis certè est grauis,
Ingens & orthodoxiæ penuria
Vtrinq; ——

Ebionis nomen apud Hebræos à paupertate deductum. Niceph.

——*Verbo quod tamen Dei suum*
Numen relinquis (ritè siquidem id facis,
Verbumq; non infirmitatis arguis,
Illud quasi carnem nequiuerit suam

Replere

Replere gloria & potentia sua,
Parem quam habet cum Patre: quæ calumnia
Notet Patrem quoq; & potentiam Patris,
Ipsamq́;, cuius cuncta sunt æqualia
Pariaq; Trinitatem) ab illo discrepas.
Quin Arij quodam modo Mauortij
Fidem nouas, carni negando gloriam,
Quam tu creaturam uocare non times:
Coniunctio cum summa sit, sit & unio
Verbi simul cum carne perfectißima,
Vt alterum non segregari ab altera
Prorsus queat (quod antè suprà diximus)
Pietate salua Christiani dogmatis.
Verbi Arius diuinitatem sustulit,
Verbi Patrisq́; pernegans ὁμοούσιον:
(Qua uoce designatur una essentia)
ἰσόθεον *at tu carnis & uerbi improbans,*
(Cultum Dei paremq́; honorem intellige)
Dîam abrogas carnis beatæ gloriam,
Quantum est in illo & te situm. O miserrimi.

Procesſit Deus cũ aſſumptione, è duob. cõtrarijs carne & Spiritu unũ. Quorum hoc deificauit, illud deificatum est. Greg. Theol. in homil. natal.

Vnus Dominus, unus Christus, unus Rex in Patris dextra sedẽs, corporale & spirituale. Vna unio, una deitas spiritualis, utraq; lucida & gloriosa. Epiphan. contra Ariomanit.

Operaq; eâdem aliam ruens in hæresim,

Damna-

Damnationis mergeris uoragine,
Quæ spiritu Antichristiano percita
Christum unicum dissoluit ausu perfido,
Diuisione dirimens huiusmodi:
Verbum ut creator sit, caro sed ordinem
Teneat creaturæ. Quod ineptè & impiè
Persona in una prædicatur: si tamen
Substantiæ unam duplicis hypostasim
Dei hominis furiosa credit hæresis.
Quæ si negatur esse, quænam tandem erit
Iesu negatio, obsecro? Dicas licet
In carne eum uenisse, si uerbo tamen
Vnctum Deo, Christumq; factum perneges:
Vnde illi episcopi atq; principis sacrum &
Regale nomen obtinet? gnatum negans,
Modo hoc nec ipsum habeas pacem. Quæue unicè
Christi solutio, unctionem si probans,
À carne uerbum diuidas nihilominus,
Geminæq; naturæ unicam dispertiens
Hypostasim seces? Et insuper seces
Sanctissimam Triadem? —

Scis ne hæretice, in quo spiritu dicas Christũ creaturam?

Cur creaturam eum potius quàm Deum dicis? Hilar. de Trinit. lib. 8.

Quis, inquit, est mẽdax, nisi qui negat Iesum esse Christũ? Hic Antichristus est. Negãs em̃ Filiũ, neq; Patrẽ habet. Cõfitẽs uerò Filiũ, & Patrẽ cõfitet̃. 1. Io. 2.

Omnis

Omnis ſpiritus qui confitetur Ieſum in carne ueniſſe, ex Deo eſt. Et omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt. Et hic eſt Antichriſtus, de quo audiſtis, quoniam uenit: & nunc iam in mundo eſt. Ibidem cap. 4.

Caro Chriſti facta eſt unctione Deo æqualis. Greg. Theol. in homil. Paſchal.

Chriſtus homo unctione factus Deus. Idē in fine lib. 4. de Theolog.

Scimus quòd Filius Dei uenit, & dedit nobis ſenſum, ut cognoſcamus uerum Deum, & ſimus in uero Filio eius Ieſu Chriſto. Hic eſt uerus Deus & uita æterna. 1. Ioan. 5.

Ex quibus (patribus) eſt Chriſtus, ſecundum carnem: qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula. Rom. 9.

Omnes prophetæ, & omnes ſancti, portionem quandam diuini Spiritus, prout capere poterant, à Deo acceperunt. In Chriſto autem omnis plenitudo diuinitatis habitauit, atq; habitat corporaliter. Caſsianus libro 5.

Sicut dicimus Deum humanatum, ita hominem deificatum, in unione diuinæ naturæ ad humanam. Diuina natura non eſt mutata, ſed humana eſt exaltata. Et potius debet dici in Chriſto humana natura deificata, quàm diuina humanata. Si debemus dicere, quòd homo eſt Deus, & Deus eſt homo: nullum inconueniens eſt dicere, hominem eſſe deificatum. Bonauentura in 3. Sent.

—— Sed errori tuo,
Spero, illico celerem remittes nuncium:

Etiamq;

Etiamq́; cogitabis atq; etiam probè
Tecum, de eis quid ille nam Theodosius
Perquàm seuera lege Magnus sanxerit.
Vnigenitum Dei unicumq́; Filium,
Dei alterum uerbum, atq; Christum qui alterum
Dicunt: id est, qui sensus est tuus, alterum
Deum creatorem, creaturam alterum:
Et autor huius execrandi dogmatis
Simul uidebis fine quo sit mortuus.

Præterea (Theodosius inquit) sancimus, qui impiam Nestorij fidem æmulantur, aut nefariam eius doctrinam sequuntur, ut siquidem episcopi sint, aut clerici, Ecclesijs eijciantur: sin uerò laici & populares, anathemate feriantur. Niceph. lib. 14. cap. 36.

Nestorius in extremis Thebarum Aegyptiarum oris, locum ex loco mutans, postremò uersatus est: ubi terra rupta coopertus atq; oppressus, uitā hanc amisit. Ita ille, lingua eius prius à uermibus corrosa ingemiscens & lamentans, ad maiora & sempiterna supplicia migrauit: Arius alter ultimo uitæ suæ actu habitus. Qui quidem satis, quæ præmia in Deum iactas blasphemias maneant, declarauit. Ibidem.

Et te explicans labyrintheis recessibus,
Deoq́; Christo debitam dans gloriam,
Et orthodoxam comprobans sententiam,
Ecclesiæ matris redibis in sinum.

Nec te pudebit publicè palinodiam
Humilis canentem obire pœnitentiæ
Ritus sacros, tua tibi si curæ est salus:

Vt & tibi ipsi consulas, & omnibus
Errore tanto compeditos quos tenes,
Tuum sequentes dogma detestabile.
De qua Deo seductione calculos
Incomputabiles feres grauissimæ
2.Tim.4 Rationis, illa quando uenerit dies.
Sin multa contrà, quod soles, conscribere,
Sophisticam & tuam uoles ostendere,
Rem ego breue omnem conferam in compendium,
Confeßionis Christianæ clausulam.
Virum hunc IESVM, quem Deus fixum cruci,
Resuscitatum, & eleuatum dextera
Sua, paracleti datorem spiritus,
Dominum fecit, renunciauit atq; Meßiam:
Act.2 Qui ritè regem non habebit gloriæ,
Regem quoq; ipsum non habebit gratiæ:
Sed gratiæ spretæ seuerum iudicem,
Et gloriæ grauem imminutæ uindicem.

FINIS.

SVBSI-

SVBSIDIVM ET CONFIRMATIO DEFENSIONIS HVIVS per authoritatem Beati Gregorij Nazanzeni Theologi: qui perbreui Epigrãmate Arianam & Nestorianam refellit hæreses, ὁμοούσιον q; Patris & Filij, & ἰσόθεον uerbi & carnis in Christo glorificato, luculenter asserit.

Νήπιος, ὅστις ἄνακτα θεοῦ λόγον αἰὲν ἐόντα,
οὐ σέβετ᾽ ἰσοθέως πατρὸς ἐπουρανίου.
νήπιος, ὅστις ἄνακτα λόγον, βροτὸν ἐνθάδε φανέντα,
οὐ σέβετ᾽ ἰσοθέως οὐρανίοιο λόγου.
τέμνει δ᾽ ἢ μεγάλοιο πατρὸς λόγον, ἠὲ λόγοιο
μορφὴν ἀνδρομέην καὶ πάχος ἡμέτερον.
ἦν θεὸς, ἀλλ᾽ ἐπάγη, πατρὸς λόγος, ἡμέτερος φῶς,
ὥστε θεὸν μίξῃ μικτὸς ἐὼν χθονίοις.
εἷς θεὸς ἀμφοτέρωθε, τόσ᾽ ἂν βροτὸς, ὅσον ἐμ᾽ ὄρθεν
ἀντὶ βροτοῖο θεὸν, ἵλαθι πρῶτος ἄνω.
τόσσον ἔχοις. τί δέ μοι γενέος ἂν καὶ μίξιν ἄφραστον
ἀμφὶ θεόν; θνητοὶ στέργετε μέτρα λόγου.
εἰ μὲν δὴ πεπίθοιμι, τὸ λώϊον. εἰ δὲ μελαίνοις
τὸν χάρτην πολλαῖς χιλιάσιν ἐπέων,
δεῦρ᾽ ἄγε, πλαξὶ τεαῖς ὀλιγόστιχα ταῦτα χαράξω
γράμματ᾽ ἐμῇ γραφίδι, ἣ μέλαν οὐδὲν ἔχει.

Apud Epiphanium contra Ariomanitas scriptum est: Sicuti serpens odit odorem bituminis, & flatum cerui, & incensum gagatæ lapidis, & suffitum styracis: ita Arius & Sabellius odêre uerbum ueræ con-

fessionis τῦ ὁμοουσίου, cõsubstantialis, sine quo hæreses omnes refelli non possunt. Hoc itidem de uerbo ἰσοθέου, æquidei siue pardei, & ὁμοθέου, condei, contra ueteres & neotericos Nestorianos & Creaturistas dici potest, Filij Dei aduersarios, ut idẽ ait Epiphan. (τοὺς ἐχθραίνοντας τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ.)

TRANSLATIO CARMINIS HVIVS Latina, Ioannis Langi.

ERrat, qui uerbumq; Dei, regemq; perennem,
Cum patre honore pari non colit æthereo.
Aut qui, mortales hîc uerbum quod tulit artus,
Cum uerbo pariter non colit æthereo.
Qui ue Patre à magno uerbum, uerbó ue figuram
Inscius humanam, membraq; nostra secat.

Denegantes Dominum nostrũ Iesum Christum unigenitum Filium Dei, incarnatum de Spiritu sancto, & ex semper uirgine Deigenitrice Maria hominem factum, & crucifixum, fateri unum esse sanctæ & consubstantialis Trinitatis, uidentur Nestorij malam sequi doctrinam, secundum gratiam dicentis unum Filium Dei, & alium dicentis Dei uerbum, & alium Christum. Hoc malè & Iudaicè cõtra rectam fidem, secundum Nestorij perfidiam denegatur. l. 3. C. de summ. Trinit.

Numen erat, carnem sed sumpsit: sermo parentis,
Nostra sed accepit uiscera factus homo.
Scilicet in terris mixtus mortalibus ægris,
Iungeret ut summo corpora nostra Deo.
Vnus utrinq; Deus, mortalis propterea, me
Vt pro mortali redderet ille Deum.

Ergo

Ergo qui ſummo ſupremus in æthere regnas,
Propitius noſtris ſis rogo criminibus.
Hæc ſat, ut humanum ſic glorificauerit ortum,
Aethereum numen, dicere nemo poteſt.
Dicere nec fas eſt: nam credere præſtat. at ipſe
Scribere ſi nigro plurima uerba uoles,
Hos ergo perpaucos contra reſcripſero uerſus,
In quibus eſt prorſus nil reperire nigri.

DE DEIFICATIONE CHRISTIFIDELIVM,
Cyrillus in Ioan. lib. 11. cap. 27.

Nexus unionis noſtrę ad Deũ patrẽ Chriſtus eſt; nobis quidẽ ut homo, Deo autẽ Patri ut Deus naturaliter unitus. Non enim erat poſsibile, corruptioni ſubiectá hominis naturá ad immortalitatẽ conſcendere, niſi natura immortalis atque incõmutabilis ad eã deſcendiſſet, ac cõmunione participationeq; ſui, à mortalitatis noſtrę terminis ad ſummũ bonũ refor matos eleuaret. Conſummati ergo ſumus, reductiq; ad unionẽ Dei patris meditatione Saluatoris: id eſt, Chriſti. Filium enim Dei natura Patri unitum, corporaliter ſubſtantialiterq; accipientes (per incarnationem eius) clarificamur, glorificamurq;, ſupernæ facti naturæ participes.

Qui Filius Dei erat, homo factus eſt: naturá ſuſci piendo noſtrá, non mutãdo ſuá. Per quod & ſuá recipientibus ea poteſtas daretur, ut qui eramus homines, filij Dei fieremus, participatione incommutabilis boni in melius commutati: non ad temporalem felicitatem, ſed ad uitæ æternæ, quæ ſola beata eſt, adoptionem. Auguſtinus.

ADVERSVS CALVMNIOSAM FRIDERICHI STAPHYLI aspersionem,

IOANNIS LANGI SPONGIA.

Linguis suis dolosè agebant. Iudica illos Deus. Psal. 5. 13. 139.



Valis, suam nisi parentem occiderit,
Ad lucis auras peruenire non potest,
Nocens ueneno parricida uipera:
Sic noster ullo Staphylus esse nomine
Numeroq; non potest, magistrum ni suum
Confodiat sententijs promptissimis,
Et cum magistro conscios simul suos
Commilitones, chara quondam pectora,
Aliosq; plurimos uiros præterea:
Seu iure, siue iniuria, curans parum.
Quos inter & Suengueldium de pluribus
Causis notauit uirgula censoria,
Ipsum hæresis damnans Aristarchus ferox.
Respondit illi nescio quis edito
Vernaculo sermone scripto publicè,
Suengueldio patrocinatus acriter:
Non addito, quisquis fuit, nomine suo.
Aduersus istum dum stylum stringit, librum
Suengueldiani, quem ferit, Staphylus bonus

Signare, Longini, nota statuit uirum:
Suspectione quapiam ductus sua,
Aut inuidi suggestione Zoili,
Aut suasione dæmonis falsa mali.
Vbi publicatus prodijt typis liber
Staphyli, caput statim peti putant meum
Homines amici, nasus est quibus sagax
Ad eruendum si quid occultè latet
Verbis reconditæ sub abstrusis rei.
Horum relatione factus certior,
Calumniæ de criminationibus,
Per idoneos hominem duos posco uiros,
Vt si quid in me scripserit, dicat: simul,
Si scripserit, mittat librum. quòd æquitas
Expostulet, quid id sit, ut sciam: & sciens
Considerem, quid debeam rescribere.
Respondet ille, se nihil quod lædere
Langum queat, scripsisse. Longinum sibi
Esse in Sueuis nominatum, qui librum,
Suengueldium tuendo, contra se grauem
Composuerit: libro lacessitus cui
Contrario responderit. Langum bene
De se esse promeritum: nihil de quo mali,
Nihil sinistri suspicarier queat:
Nisi fortè Longini illius nomen sibi,
Ipsumq; librum adeò arrogatum peruelit.
Responsione cognita istiusmodi,

Quamuis mihi non admodum faceret satis,
Cùm lectus esset (non enim legere est nefas
1. Thess. 5 *Omnia probanti, sed tenenti quod bonum est)*
Non editus defensionis hic mihi,
Contentionis omnis inscio, liber:
Staphylus nec immemor foret, quid fecerim
Ipsius ergò (sit procul iactantia, &
Humanitatis præstitæ exprobratio)
Fatetur ut confeßione propria,
Apud Borußiæ precator principem,
Archistrategi iußione Pannonis,
Qui CAESARI *nostro secundo natus est*
Loco, uir armis & toga clarißimus,
Regi Polono cum sororem adduceret,
Heroidem dignißimam sponso optimo,
Et coniugali copularet fœdere,
Ad inclytam Poloniæ Cracouiam,
Exinde uerò non idem quòd egerim,
Hominisq; uotis fortè non responderim,
Benignitatem ut experiretur meam,
Non mî uoluntas, sed facultas defuit:
Nunquam tamen cupere supersedi uiro,
Et coniugi nunquam eius atq; liberis
Priuigna Langi denegauit sedula
Studium atq; opem Nissæ, ille ubi largißimo
In ocio uixit, fideli pectore.
Staphylus seu adesset, seu peregrè degeret,

Gratum ergo, amicum, & esse credens candidum,
Verbisq; præbens blandioribus fidem,
Ego Deo mandare rem totam meo:
Silentium tenere, natura ut mea
Et institutum fert, meis nauans libris,
Et ocio, Deus quod & CAESAR meus
Dat, perfruens suauitate maxima.
Sed ecce certis denuò sermonibus
Ad me refertur, spiritus in naribus
Habere magnos, & superbè hominem, leuem
Per gloriam, præferre: Langum, quòd sibi
Sit conscius, queîs sit notatus, criminum,
(Vt interim ponamus esse crimina
Et hæreses, Staphylo ut uidetur, maximas,
Quæcumq; scribens obijcit Suengueldio)
Ideò tacendo uelle rem dispungere.
Accesßit illud: Volfius quòd Droscius,
Mendaciorum mulciber Cretensium,
Amicus & Staphyli cliens fidisßimus,
Coram bonis testatus est palàm uiris,
In me notam Suengueldici cognominis,
Vnaq; Longini referri nominis,
Vanam Suilli item & Bouilli aspergine m.
Id Droscius dehinc probauit amplius,
In nescio quo criminoso carmine,
Mentis procacitate mendacisßimæ,
Orisq; morbo lubrici fœdisßimo,

Chartæq; uanitate mendosißimæ,
Miserandus & miser poeta Droscius.
Ergo excitatus à sereni pectoris,
Et liberæ quiete conscientiæ,
Interpolari quam sibi mens perdolet,
Cogor uel ingratis (Deum testor) uiris
Calami procacis admodum rescribere,
Versu, uelut res ipsa flagitat, breui:
Sermoq; nudus ueritatis simplicis.
Ex his enim, quæ diximus, patet satis,
Staphylum esse prorsus mentis effrenæ uirum.
Quid os bilingue & inuerecundum loquar,
Calidum simul spirans, simulq; frigidum,
Viciumq; prauum pectoris grati parum?
Paucis sed id quod criminatur, accipe.
Suengueldiani nomen imponit mihi,
Suam sibi Staphylus sequutus indolem,
Modò huic, modò illi factioni deditam,
Alios suo de more iudicans uiros.
Ego Christianus esse, Christi gratia
Iuuante, dictis atq; factis, in fide
Flagrante charitatis igne uiuidæ,
Et in futuræ spe beatitudinis
Rebus probata perferendis asperis,
Et orthodoxus Christianus (maximum
Quod est) in orbe qualis est omni pius
Piæ parentis uniuersæ Ecclesiæ,

Patris alumnus quilibet termaximi,
Communis huius illiusq; filius.
(Matrem nisi illam habens, nec hunc habeas patrem)
Christifidelis istiusmodi unicè,
Infirma quantum nostra permittit caro,
Et ipse parte pro uirili euadere,
Cœlestis afflatu secundo Spiritus,
Contendo uelis atq; remis omnibus.
Nam ueritatis regia incedens uia Num.21
Sanctæ, nec ad dexteram, nec ad læuam manum, Deut.28
Vel huc uel illuc deuio uagans pede:
Triuiale nec seruans iter, tutißimè Matth.7
Dan altera fugiens, & altera Bethel, 2.Reg.12
Hierusalem medio peto sic tramite,
Venturus ad terræ beatæ patriam,
Iugi fluentem lactis usq; copia, Exod.3.13
Hymetijq; mellis amne perpeti, Leuit.20
Viuentium terram, atq; terram mitium, Deut.6 Psal.141
Auro & lapillis conditam lectißimis, Matth.5
Sanctißimam cœli noui Hierusalem, Gal.4
(Ennas & ipsas, quæ feruntur, aureas) Apoc.21
Non illius Nauæ uetusti filio, Deut.31
Sed ueriore iam Dei, IESV duce.
Suengueldij nomen quid ad me pertinet,
Nomen uel ipsum quid simul Staphyle tuum,
Ac cæterorum plurium mortalium?
Qui multa nostro condidere seculo

De litteris tecum ſacris uolumina,
Chriſti ipſius ſacro ſuper fundamine,
Vt Marte pro ſe quiſq; contendit ſuo,
Veſtriſq; perſuadetis optionibus,
1.Cor.3 *Superſtruentes omne materiæ genus,*
Pleriq; lignum & ſtramen, at paucißimi
Argentum & aurum: flamma quod probat ſua.
In hac enim ſcribentium prurigine
Chironia quamplurimorum, nam quotus
2.Tim.2 *Sanctum Dei uel ritè uerbum diſſecat?*
Gal.2 *Vel ueritatem Euangelij recto pede*
2.Cor.4. *Adit? dolo non nemo quod malo inficit,*
2. *Non nemo tanquam caupo auarus uenditat.*
Citius ut inuenias in illis omnibus,
Vatinianis iurgijs certantibus,
Nec inuicem inter ſe modò communiter,
Sibimetpſis ſed quoq; aduerſantibus,
Gal.5 *Sancto & locum negantibus ſpiritui,*
Moderata habenti hominum & quieta corpora,
Quem debeas uitare, quàm ſequi ducem.
Non quippiam illius uel huius intereſt
Nomen mea: minus profectò plurimis
Modis, uetuſtorum patrum quàm nomina,
1.Cor.1 *Adeoq; Pauli uel Petri uocabula,*
Gal.2 *Apoſtolorum qui fuere culmina,*
Nec de ſuo uoluere dici quempiam,
Chriſti ſed omnes unico de nomine:

In hoc quòd uno stet salus mortalium Act.4
Vna omnium, quicunq; seclis omnibus
Vnquam fuere, quí ue nunc sunt, postea
Vel sunt futuri, cœlo sub uolubili.
Nam Christianorum relinquens ordinem,
Nomenq́;, de quibus illud est oraculum
Sacrum editum, Christos meos ne tangite: Psal.104
In Antichristorum ordinem & nomen simul
Defectione perfida transfugerim:
A' me quod auertat malum CHRISTVS *Deus.*

In Antichristorum ordine & nomine se esse confiteatur, qui ab ordine & nomine Christianorũ (de quibus dictum est, Nolite tangere Christos meos) transfugit. Meletius Antiochenus apud Epiphaniũ, contra Semiarianos.

Christiani desierunt esse ij, qui Christi nomine amisso, humana & externa uocabula induerunt. Lactantius.

Te nouimus, de symboli, quod dicitur
Apostolorum, parte sexta perperam,
Non disputans (quod iam potes prætendere)
Sed Christianis iura præscribens noua,
Ceu tertius de machina ortus legifer,
Hallucinatione quàm grauißima,
Quòd scripseris Staphyle superbo cum typho,
Ipsum creaturam esse Filium Dei
Christum, sedentem ad dexteram Patris sui
In gloria: Qua maior esse non potest

Aetate

Aetate nostra, & omnibus quoq; seculis,
In Christianis, nec nocentior hæresis,
Qua læsa maiestas Dei diminuitur:
Hanc hæresim contra, Dei iuuamine,
Vt hoc mihi scriptus libellus indicat.
Deinde Longini pari uersutia
Mihi nomen affingis malignè & liuidè:
Quo me uocari ab his, nomen meum
Qui nesciunt, patiar libenter: (neminem
Nomen facit bonum, malúm ue) moribus
Sed usitatum hoc obtinet præsentibus,
Licentiosè ut quisq; ficto nomine
Quomodo uelit, per uanitatem cyclicæ
Scurrilitatis proximo illudat suo:
Quod & ipse nunc Staphylus facit leuissimè.
De scriptione sed libri Suengueldici,
Staphylus mihi quam adscribit audacissimè,
Et criminationis omnis dramate,
Hæc sit breuis, uerax tamen responsio.
Res prorsus uana, ficta, subdola,
Res falsa, res inuenta sanguinario
Autore, patre cædis & mendacij.
Hanc uindicabit (ritè pœnitentia
Nisi expietur) ueritatis maximus
Deus parens, & ipsa ueritas Deus,
Vindicta cui defertur omnis, & ultio.
Sin ueriora fortè non sunt cætera,

Quæcunq; ſcribit, quàm iſta, quæ falſiſsimè
In me doloſa conijcit lingua ſua:
Et quæ creaturam aſſerens gnati Dei
Carnem eſſe, gloria paterna ſplendidam,
Philoſophiæ ſtultæ enthymemate aſtruit:
Ne credulus nimis fidem per omnia
Habeat uiro, quiuis cauebit poſtea.
Alij uocent uel proditorem ficuum,
Vel transfugam, uirtus meretur ut ſua:
Dicant duobus ſeſsitare ephippijs
Hominem ſolere duplicato pectore,
Nihil moror quid quiſq; de illo ſentiat:
Tectum & cauendum ſingulis mortalibus
Staphylum ego uerè dixerim. Sed Droſcium,
Teſtem illius, quiuis uocarit Pſeudolum.

FINIS.

IOANNES BAPTI STA DECOLLATVS, IOANNIS LANGI Sileſij.

Meretrix ſuadet,
Puella ſaltat:
Rex iubet,
Sanctus decollatur.

ECCLESIA.

AD IOANNEM ANTONINVM MEDICVM CRACOVIENSEM,

PRAEFATIO.



Ospitij nobis tecum sunt iura uetusti,
Quod pius inter nos conciliauit amor.
Nam me cùm Gracci succedo mœnibus unquam,
Iucundè ductum sub tua tecta foues.
Tessera certa manet nobis, quam frangere poßit
Nec fortuna leuis, nec uiolenta dies.
O tibi quàm cupio par Antonine referre,
Et præstare pij pectoris officium?
Illa dies multos ueniet memoranda per annos,
Te mihi quæ nostræ sistet amœna domi:
Hanc uotis optat summis mea cernere coniunx,
Optant & geminæ cernere filiolæ.
Non mihi, non illis melius contingere quidquam,
Aut uultu poterit dulcius esse tuo.
Quæ mihi dant fusis circum mea colla lacertis,
Hæc figent eadem basia sancta tibi.
Hinc illinc cursim satagentes, nolle studebunt
Cedere filiolis sedulitate tuis.
Ac tua nos factis uincat domus, esto, benignis:
Arctior est nobis, laxior illa tibi:
Attamen affectum pietatis habebimus æquum,

 Et fore

Et fore speramus nos in amore pares.
Interea fidei monimentum, carmina, nostræ,
Proq́; tuo nostrum munere munus habe.
Ingratum munus, si carmina uilia spectes:
Pectore sed maius nil tibi dantis erit.
Sanctas cur animas sic improbus oderit orbis,
Vrgeat & raros impia turba pios:
Cur bonus aduersas in uita sentiat auras,
Fataq́; contingant prosperiora malis:
Non paucas istæc exercet quæstio mentes,
Omnia quæ cæca sorte uenire putant.
Ad mensas memini iucundos inter amicos
Id sancta quæri cum pietate tuas:
Inter quos etiam noster Vernere Georgi
Sedisti, nostræ maxima pars animæ.
Quod sum conatus nostro decidere uersu,
Diuino credens numine quæq; geri:
Tristia Baptistæ dum carmine fata reuoluo,
Quæ'ue parata bonis præmia, quæ'ue malis.
Esse quidem cupio, multum quoq; spero, sagaci
Munera iudicio nostra probata tuo.
Iudicij secius quòd si cadat alea tanti,
Te saltem faciant ut meminisse mei.

IOANNES

IOANNES BAPTISTA DECOLLATVS.

SVmme Pater, dextra qui tela trisulca minaci
Torques, quiq; potes uel solo perdere nutu
Iustus commeritos uindex extrema nocentes,
Non rex Herodes Stygijs circumfluit undis,
Fulmine transactus? non illi terra dehiscit,
Aeternos Erebi rapto fumantis in ignes?
Non illum spurci rediuiuo tormine uermes
Corrodunt, pœnas longè funusq; trahentes? Act.12
Ausus enim patrios fœdè scelerare penates,
Fraternumq; torum, furialibus ignibus ardens
Coniugis incestæ, uetitosq; sequutus amores.
Ille autem regno potitur, sceptrisq; superbè
Ciuibus insultans miseris, cum pellice dira,
Quam sibi connubio fratri coniunxit ademptam,
Et cohibet uinclis & cæco carcere clausum,
Damnantem tædas atq; obscœnos Hymenæos, Marc.6
Baptistam, populisq; pijs tua iussa ferentem:
Demens, qui tantos animos & libera sancti
Ora uiri speret uinciri posse catenis.
Ex ipso quoniam geminatæ carcere uoces

Aethereas pulsant cameris resonantibus auras:
Non hos naturæ, non diuûm lege coire
Concubitus, populi non ullo more probari:
Esse sed infames thalamos, ueneremq́; pudendam,
Non minus exemplo quàm dira labe nocentem,
Iustas cui pœnas Deus, exitiumq́; minetur
Iudex horrendum, nullo quod fine scelestum
In caput authoris, populumq́; deinde redundet
Vnà omnem. Tantas diuini numinis iras
Ciuibus immeritis affert incesta libido,
Sæpius & totas infandum Principis urbes
Euertit scelus, atq; orco demittit auaro.
Talia principio uinclis ut uerba fuere:
Sic quoq; causa manent, uatem custodia tantum
Cur grauior seruet, iusti ueriq́; tenacem.
Et tamen illius (dictu mirabile) uitam
Innocuam rex formidat, moresq́; seueros.
Sæpeq́; dicenti faciles cùm porrigit aures,
Tum sacris monitus præceptis ille facessit:
Ex animi ne pio resipiscens plurima sensu,
An simulans, dubium. fucata fraude tyrannis
Qui mos est grauibus, uicijs affingere summis
Virtutis uanæ falsum quandoq; colorem,
Vt sub personæ prætextu mille tegantur
Monstrorum species, & summa licentia uitæ,
Quodlibet audendi sit & impunita facultas.
At pellex odijs quamuis propè certet apertis,

Insidias tamen illa struit, fraudemq́; dolosam
Baptistæ: si fortè uirum uel tollere ferro
Misso percussore queat, uel dedere leto
Immisto furtim pateris liuente ueneno.
Nam fore, concubitu ut uetito lectisq́; nefandis
Sollicita prorsus potiatur libera cura,
Illicitis posthac factis si nemo reclamet.
Hanc ita funesto conceptam pectore cædem
Impia dum mulier noctes celerare diesq́;
(Illam uindictæ sic urit dira libido)
Molitur, cupidæq́; nimis mora longa uidetur:
Ecce dies infausta redit, quæ prima tyranno
Illuxit genito, sed non felicibus astris.
Ergo natalem celebrans, conuiuia lætus
Regia magnifico ponit constructa paratu.
Adsunt torquati proceres, canusq́; Senatus,
Et Gallilææ primi telluris alumni,
Quos simul & grauibus pateris inuitat & escis.
Et ne femineo non adsint omnia luxu,
Luditur hic citharæ fidibus, testudo sed illic
Dulcia septena modulatur carmina chorda.
Insuper & tota uocalis personat aula
Tibia, consequitur Phrygios saltatio cantus,
Alternusq́; pedum strepitus, mollesq́; choreæ,
Quas iuuenum teneris commista caterua puellis
Ordine, conuiuis præbens spectacula, ducit.
His super ingrediens incestæ filia matris,

Edita legitimis thalamis genitore Philippo,
Coccinea niueos artus circumdata palla,
Et fuco faciem ſplendenti picta uenuſtam,
Infractos membris motus criſſantibus edit,
A` teneris ueneris præludia docta nefandæ,
Infelix, ipſa ſcelerum genitrice magiſtra.
Quæ cùm deliciæ dapibus uinoq́; grauatos
Conuiuas capiunt, tum regis corda furore
Incendunt tecto, rapiuntq́; è pectore mentem.
Namq́; interpoſito iurandi iure, puellæ
Vel partem regni mediam promittit habendam,
Si petat: ut uerò petat, hortaturq́; iubetq́;:
Præmia laturam meditatæ certa choreæ,
Quæ uelit. Illa uolans promiſſo percita tanto,
Conſilium matrem, quæ ſint optanda, requirit
Munera, regificis non inferiora tyranni
Tanti pollicitis. & mox inſtructa recurrit
Feſtinans, ſanctiq́; caput ſtipulata Ioannis
Exanimum, impoſitum patinæ, iuguloq́; reuulſum,
Expromiſſorem iuratum debita poſcit
Dona, quibus matrem ſibi demereatur amatam.
Omnibus uſq; adeò donis, regniſq́; ſuperbis,
Præfertur letum inſontis miſerabile uatis.
Herodes, mentem ſeu conſcia culpa remordet,
Siue dolus uultum fingit, triſtatur abunde,
Atq; grauem mœſta prætendit fronte dolorem.
Illum conuiuæ, quibus hæc ſint teſtibus acta,
Promiſſumq́;

Promissumq; mouet per sacramenta receptum.
Hinc pudor & falsus simulati cultus honesti,
Illinc relligio atq; offensi Numinis ira
Sollicitat: sed & hæc uano mentita pauore.
Nam quæ pollicitus, ne non seruasse putetur,
Né ue ferat iustam saltatrix uirgo repulsam,
Annuit optatis, amens cæcusq; furore:
Carnificemq; iubet sacratum ferre Ioannis
Baptistæ caput, & fœdæ donare puellæ.
Quid facis Herode? cur rem promittis iniquam
Impie, promißám ue probas? cur deniq; præstas?
Nec uenit in mentem tibi, non promissa ualere,
Ex causa quæ sint cuiquam concepta nefanda?
Non tibi succurrit, te legibus esse solutum?
Sed nec sunt leges rebus, nec iura scelestis.
Quæ non ritè fides tibi sit data, fallere præstat,
Impuram iusto quàm tingere sanguine dextram.
Quid ruis in præceps incesto captus amore?
Cur magis atq; magis pollutæ nomina famæ
Per scelus & probrum, quæ speras posse tueri,
Prostituis, tædas infames cæde pudenda
Innocuaq; grauans? En quam modò Numinis iram
Spreuisti, iam nunc peccatis imminet atrox,
Flagitijsq; tuis. Quin impia iussa refigis:
Et tibi quæ nullo lata est sententia iure,
Diditur in tenues uentis rapientibus auras?
Parce pio capiti, nec sanctum funde cruorem.

At sibi quid subitus tandem uult iste tumultus?
Carnificem uideo, caput à ceruice resectum
Sanguinea Diui Baptistæ lance ferentem.
Iamq; mimæ impuræ merces datur: illa parenti
Accelerans donum præsentat læta nefandæ.
Attonito torpent mihi frigida membra sopore,
Et sceleris fugiunt conspectum lumina tanti,
Fercula crudelis superantis dira Thyestæ.
Quid loquar, aut sileã? Tã sanctus siccine uates,
Et tibi summe Pater charus, gnatiq; minister
Præcursorq; tui, fatis concedit iniquis,
Insontemq; subit miserando funere mortem,
Pellicis arbitrio uetulæ, nutuq; tyranni
Semiuiri, uoto saltatricisq; iocosæ.
O ter iudicij legem, quaterq; nefandam.
In medio nunquam damnatus carcere sæuas
Clam luit effuso cum uita sanguine pœnas:
Non reus, innocuusq;, indicta deniq; causa:
Qua neq; sacrilegi manifesti lege premuntur.
Quin prorsus potius causa sine plectitur omni:
Ni fors causa siet, mandato libera uerè
Dicere uerba tuo, mores & ritè profanos
Incestosq; toros magnorum carpere Regum,
Non minus ac tenuis popularia crimina plebis.
Huc simul accedit: dum funere corpus honesto
Effertur truncum, commendaturq; sepulchro,
Dumq; suum tanto lugent mœrore magistrum

Delecti comites infanda cæde peremptum,
Multorum quanta summis propè matris in annis
Lætitia fuerat lucis prognatus ad auras, Luc.1.
Quòd caput augustum meretrix obscœna Ioannis,
Indignisq; modis sanctißima conspuit ora,
Non nisi uerba pij depromere sueta pudoris:
Dilaniatq; suis quòd acuta cuspide linguam
Faucibus euulsam, & conuicia talia confert,
Sic super increpitans. Hem qui præscribere Regi,
Et uitæ nobis, & leges ausus amorum
Figere, responsisq; homines terrere pauentes
Cœlestum uanis, quibus es confisus. at illi
Non potuere tamen caput his auferre periclis.
Hoc habeat, nobis si quis parere recusat,
Vxoriq; suos Regis non præbet honores.
Sic anus insultat capiti, Pater optime, sancto
Improba, totq; mouet grauiter probra, tãq; pudẽda,
Diuina humanis miscens, & sacra profanis:
Dum sibi quod cupidæ libuit, putat illa licere.
Et tamen hæc, bonitas tua, crimina cõspicit æquis
Luminibus: nec tanta quidem & tam dira ciere
Iræ uindictæq; tuæ commissa furorem
Commeritum possunt: adeò tua fulmina frigent, Gen.19.
Et rutili piceis rorantes ignibus imbres:
Non colubri flammas spirantes amplius extant, Num.21.
Vlla nec apparent hiscentis chasmata terræ, 15.
Vltoresq; canes, & auaris faucibus ursi: 4.Reg.9. 11.

Quæ

Quæ mala damnatas Veneres, & Numina diuûm
Temnere consuetas animas, moresq; rebelles,
Monstrosas & anus sanctorum sanguine uatum
Gaudentes, linguas & mulctauere procaces.
Quin itidem regem iustißima pœna tyrannum
Ipso in flagitio & flagranti criminis æstu
Plectit, Iesabelemq; nouam, Saliamq; petulcam,
Conuiuasq; simul luxu uinoq; fluentes,
Oblitosq; Dei Cocyti mergit in undis?
Mitius exilio mulctentur crimina tanta,
Quod manet Herodem cum pellice: lentius æquo
Ceruicem glacie resecari uiderit illa,
Confractam gnatæ astricto gradientis in amne.
Supplicijs subitis facta hæc, grauibusq; pianda.
Ecquid nulla pij te tangit cura prophetæ,
Et tibi tam uilis Baptistæ sanguis habetur
Matth.11 *Impunè effusus? atqui non sanctior alter*
Inter mortales nuptæ processit ab aluo.
Num quoq; non curas chari ludibria gnati?
Christum namq; breui sannis quoq; ludet apertis
Luc.23 *Damnandum innocua quæsitor morte superbus.*
An potius non hæc credam sine Numine facta,
Permissuq; tuo? Num sic præcurrere Christo
Insonti decuit morituro cæde ministrum,
Matth.10. *Quæ porrò maneant Christum quoq; fata sequentes?*
16. *Siccine per tales tanto discrimine casus,*
2.Tim.3 *Et per continuos sic itur ad astra labores?*

Siccine

Siccine ius & magna malis concessa potestas
In sanctas animas? grauibus quas usq; procellis
Improba persequitur uitæ fortuna malignæ,
Nec simul esse pias patitur, simul esse beatas?
Et premit immeritum malus usq; Cainus Abelum? Gen.4.
Legitimumq́; nothus simul Ismael Isacon urget? 21.
Et patria cedit germano sede Iacobus? 27.
Siccine diuinus quem ducit Spiritus, usq; Gal.4
Infestat carnalis homo, mulctatq́; peremptum?
(Quatenus id sibi permittat diuina potestas)
Dæmonis instinctu, cædis uicijq́; parentis? Ioan.8
An sola rerum iusti meliore bonarum
Hic spe respirant, uitam & solantur acerbam? Rom.8
Vt qui præmia certa sciant cœlestibus oris
Esse reposta sibi, cultæ & pietatis honores,
Vitam perpetuam, & ueri iustiq́; coronas. 2.Tim.4
At contrà, quibus est inflata mente superbis
Impietas curæ, rebus plerumq; secundis
Exultant læti, atq; optata sorte fruuntur:
Nec tua securi se dona tenere fatentur,
Aut referunt aliquem gratæ tibi mentis honorem.
Sed falsò uicijs hæc præmia parta uidentur:
Consilio quæ diuino mens prouida partim
Hic tua uindicta nonnunquam punit acerba:
Iudicio partim iusto patientia lenis, Ioel.2
Et tua longanimi pietas bonitate reseruans, Ion.2
Si non hic fuerint uita meliore piata, Rom.2

Iugibus

Iugibus æterni tormentis destinat ignis.

Aequales prope sunt hic res prauisq; bonisq;
Præsenti in uita, perituri & dramate mundi.
De Patris ætherei summa bonitate, benignè
Matth. 5 Iniustis iuxtà & iustis nitet auricomus Sol,
Lunaq; fœcundat pluuijs argentea terras.

Est, quæcunq; uenit clades, communis utrisq;:
Bellum, tempestas, pestis, penuria frugum:
Sed non causa eadem cladis, non exitus idem.
Dura probant sanctos, prauos ob crimina mulctant:
Illos exhilarant, hos luxu prospera perdunt.

Non hic digna suis contingunt præmia factis,
Quæ sibi seruauit seclis reddenda futuris,
Iudicio Quæstor quando supremus aperto
Luce, malis quæ tristis erit, lætißima iustis,
Summa luce Deus cœlestibus inferet oris
Matt. 25 Innocuos, sontes æternos mittet in ignes.

A' quibus immunes, per Christum, ritè rogatus,
Omnipotens Pater esse uelis, qui crimina nostr
Confeßi, meritis illius fidimus unis,
Diffisi proprijs. diuino munere cuius,
Afflatuq; tui atq; illius Numinis auræ,
Ebria per uitam molli conuiuia luxu,
Et quos illa solent, uitemus, gignere fructus:
Crimen adulterij fœdum, lectosq; probrosos,
Luxuriæq; genus lasciui corporis omne:
Herodæ scelere admoniti, casuq; tremendo:

Carceris

Carceris & tandem duri, uinclisq; soluti
Corporis, æthereas faciles migremus ad arces,
Baptistæ callem, Christi gressusq; sequuti.
Nunc uerò longè nostris à finibus arce
Herodem nostrum cœlesti robore pulsum,
Qui sanctum Christi sponsæ tentare pudorem
Non ueritus, plagasq; & sontica uulnera membris
Infligens castis, corpus fœdauit honestum,
Virgineum, intactum, & niueo candore decorum:
Quod prope defectum, uix carpit uiribus auram
Vitalem, & lacerum truncos uix contegit artus.
Heu quas ille dedit per secula plurima clades,
Et quas sanctorum profuso sanguine cædes,
Ceu lupus in pleno Christi furibundus ouili?
Heu quantum sæuo imperium Mauorte parauit?
Quos populos armis, quæ ditia regna subegit?
Et iam Pannoniæ uicinis incubat aruis
Impius, & gestis rebus sceptrisq; superbus
Falcatas stringit in uiscera nostra cybirras.
Eripe sanguinei trepidos è strage tyranni
Magne parens, & nos dextra defende potenti.
Illum autē quamuis grassantē horrenda latronē,
Iudicij maneant Christi decreta supremi:
Et quibus impleuit nostratem cladibus orbem,
Infandisq; probris dignæ, te uindice, pœnæ.
Nostra tamen uideant quamprimùm secula faxis,
Exutum regnis in præceps omnibus ire,

Auxilio Pater alme tuo, & cœlestibus armis:
Vt tua nunc etiam quid poßit, sentiat, ira:
Vsuramq; mali capiat malus ille futuri:
Et sibi gratetur tantis defuncta periclis,
Sponsaq;, pacato restauret tempore, Christi,
Ante diem summum fractas Ecclesia uires,
Natiuumq; decus, & castæ frontis honorem.

IN DIVVM IOANNEM BAptistam Ecclesiasticus Hymnus, cuius initium est, Vt queant laxis: eadem sententia, sed alijs uerbis expressus, per Ioan. Langum.

Diue præcursor Domini Ioannes,
Vt tuas poßim memorare laudes,
Expedi noxis uarijs grauatæ
Vincula linguæ.
Aliger summi iuuenis Tonantis,
Luc. 1 *Te tuo claram sobolem parenti*
Nunciat, nomen simul, & sacratæ
Munia uitæ.
Ambigens autem senior, loquendi
Perdidit munus: sed idem recepit,
Te simul lucis puerum creauit
Mater ad auras.
Abditus sanctæ genitricis aluo,
Gestiens Christum Dominum salutas.

Sacra

Sacra prægnantes anus & puella
Fata reuoluunt.
Tu colis ſancto loca ſola ritu, Luc.1
Et fugis cœtus hominum, per omne
Tempus ut uitæ maneas ab omni
Crimine purus.
Hic tibi ſetæ tunicam cameli,
Balteum pellis dedit, unda potum,
Fauus & ſummum teneræ cacumen
Arboris eſcam.
Quem pius uatum charus affuturum
Orbis optatam cecinit ſalutem,
Ipſe commonſtras populis adeſſe Ioan.1
Indice Chriſtum.
Nulla maiorem mulier Ioanne Matth.11
Omnibus terris genuit beato, & 3.
Qui ſacra mundi ſcelus abluentem
Abluit unda.
Cœlitus donis cumulate ſummis,
Maximus uates, eremita, martyr,
Flos & intacti renitens ruboris
Diceris unus.
Terna permulti decies reportant, Luc.8
Bina nonnulli totidem, ſed unus
Tu refers centum meritæ Ioannes
Præmia laudis.
Ergo cœleſti reſidens in arce,

Esa.40. Dura præfractis animis reuellens
Ioan.1. Saxa, spinoso loca senta dumis
Corde repurga.

Vt Patris, qui te sequitur, supremi
Filius, templis ita præparatis
Ritè susceptus sibi dedicatas
Incolat ædes.

Te Deum Trinum celebrant & unum
Turba cœlestis populi beata:
Nos graui culpa petimus remissa
Crimina dones.

CHRISTIAN. { COELIBATVS. CONIVGIVM. POENITENTIA.

COelebs, si potes, & pudicus esto,
Et compesce cupidinem salacem,
Libris, excubijs, precatione,
Haustu fontis, & esuritione.
Dono Virginitas uenit superno,
Et sancto ueniens manet labore.
Natiuas Veneris tibi fauillas
Casto uincere more sin negatum:
Tum tu coniugium sequêre purum,
Tædas atq; coles piè iugales.
1.Cor.7. Præstat nubere, quàm perire flammis
Probrosis, uetitis, adulterinis.

Est namq; & sua castitas maritis. Hebr.13
Cœlebs qui fieri nequis Ioannes,
Coniunx sic fieri potes Philippus: Act.21
Hoc complexus iter, pius, uel illud.
Et quæ non potis est nitentis Agnæ,
Susannæ thalamos bonæ tenebit. Daniel.13
Sanctum & uirgineum tamen cubile
Est præstabilius toris maritis,
Si Christo studeat suo placere.
At quæ tertia uita nominatur,
Vulgò libera lectuli procacis,
Viles sueta fouere concubinas,
Rectà Tartareos ferens in ignes,
Hanc cursu fugias, uide, citato,
Infandæ ueluti Lotus Gomorrhæ
Fugit sulphureos cremantis ignes. Gen.19
Quòd si te rapidus ferat cupido Num.25
In casum Phineæ pio perempti Gen.38
Mœchi, uel triuio Thamar sedentis: Luc.15. 7.
Lapsum luxuria æmulare gnatum,
Aut fias lacrymosa Magdalena.
Restat scilicet una spes salutis,
Sincero Metanœa pœnitenti.
Non hunc respuet, ad uiam reuersum
Fidis cum lacrymis, Deus benignus. Ezech.18.
Vnum hoc criminibus patens asylum, 33.
Saluus qui uolet esse, consequetur.

EPIGRAMMA.

Virginitas thalamis potior cuicunq; pudico
Esse licet Christi munere, castus agat.
Qui malè fers ignes, sis (laus quæ proxima) coniunx:
In super est omnis perniciosa Venus.

DE VITA BEATA CHRISTIANORVM, AD IOANNEM CERASINVM PRAETOREM CRACOuiensem.

Matth. 5 Luc. 6 AD uitam faciunt beatiorem,
O noster Cerasine, uilioris
Paupertas animi modesta mundi
Spernens diuitias: Fames, sitisq;
Ardens iusticiæ: Dolentis ægri
Luctus, & lacrymæ frequentiores
Mentis: Mitior & benignior mos,
Et qui commiserescit innocentem,
Afflictum, miserum, malisq; pressum.
Cordis mundicies, pudorq; castus,
Et spretæ ueneres. Cupido pacis,
Et uitæ studium quietioris:
Sedandiq; uigor sagax tumultus,
Vindictæ, inuidiæ, libidinisq;.
Obtrectatio falsa, ficta, mendax,
Intentata dolis calumniosis:

Terrores, maledicta, probra, diræ,
Aerumnæ, fuga, persequutiones,
Carcer, uincula, compedes, catenæ,
Plagæ, tormina, flagra, quæstiones,
Vnda atq; exilio negatus ignis,
Circumscriptio, solitudo, uersum
Hinc atq; inde solum, uagi penates,
Vitæ prodiga uilitas fluentis,
Et qui supplicij modi ferendi
Ad mortem propè mille sunt reperti,
Et crux usq; pijs & usq; & usq;
Cunctis pectore sustinenda forti
Propter iusticiam sacrumq; Christi 1. Petr. 4
Nomen, non scelus ut pietur ullum.
Quæ si dura tibi admodum uidentur,
Vt sunt, postea quæ sequantur audi
Iam nunc præmia, spe tenenda certa.
Nam nos sceptra Dei beata summi,
Et regnum maneat perenne cœli,
Optatis satias referta rebus,
Diues copia diffluente cornu,
Consolatio, lætiorq; risus,
Nullo & gaudia terminanda fine.
Terras & teneamus ut patentes
Cœlestis patriæ, aureas & Ennas,
Et duris dominemur ut tyrannis:
Et nostri Deus ut misertus, omne

Mittat crimen, opem ferat rogatus:
Et nobis pater usq; sit benignus,
Illum contueamur ut propinqui
Claro lumine: ut ipsius uocemur
Gnati, pignora chariora patris:
Functi corporibus dein caducis,
Tandem & funere liberi maligno,
Post tot tristia, tot graues labores,
Cœlo sidereo simul recepti,
Mercedem ut capiamus ampliorem,
Diuinam, æthercam, sacram, perennem,
Quæ uitam faciat beatiorem.

FINIS.

DE CORRVPTIS IVDICIIS, ET CLADIBVS IN Rempublicam inde prouenientibus:

ECLOGA ex propheta Esaia.
ECLOGA ex Hesiodo poeta.
ELEGIA Solonis.

Videte, Iudices, quid faciatis. non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini: *& quodcunq; iudicaueritis, in uos redundabit. Sit timor* Domini *uobiscum, & cum diligentia cuncta facite, &c.*

2. Paral. 19.

AD ROMAN. PANNON. ET BOIEM. REGEM, NVNC IMPERATOREM FERDInandum, Supplex IOANNIS LANGI LIBELLVS.



Vòd nisi iusticiam miseræ, Rex inclyte, plebi,
Et nisi fas populis, restituasq; pium:
Quòd nisi auariciæ sordes, uenalia iura,
Legibus emendes, supplicijsq; suis:
Quòd nisi mensarum luxum, uestisq; toriq;,
Iactaq; de summo uerba nefanda Deo:
Deniq; cuncta nisi maturè crimina tollas,
Vnde grauis iusti numinis ira uenit:
Vnde tot aduersos respublica nostra labores,
Totq; domi perfert, totq; pericla foris:
Vnde tot in nostris impunè, proh dolor, annis
Grassatur rabies Turcica uisceribus:
Non est, crede mihi, rerum spes ulla bonarum,
Quin mala nos etiam deteriora manent.
Quis neget hæc nostris deberi præmia factis,
Præmia cum factis continuanda suis?
Commeritam Diuûm uitare uolentibus iram,
In primis iræ causa premenda uenit.

Eſt Niniue teſtis, ſummis erepta periclis,
Mutauit uitam quòd meliore malam.
Ergo decet Niniuæ dudum malefacta ſequutos,
Nunc etiam Niniuæ nos benefacta ſequi.
Vna ſalus nobis hæc demum reſtat. Ionam
Hæc ſibi fatidicum dicere quiſq; putet.

IVDEX AEQVVS ET ἀδωροδόκητος SAMVEL.

1. Regum. 12.

Sic cum Iudæis Samuel iuſtißimus egit.

HAnc uſq; ad lucem teneris uerſatus ab annis
In medio ueſtrûm iudex, en nūc quoq; præſtò
Sum uobis: de me quæ uultis dicite coram,
Quæ Dominus, Domini quæ Chriſtus & audiat ipſe.
Dicite, cuiuſquam tulerim' ne aſinum' ue bouem' ue:
Num quem fraude mala: num ui furibundus aperta
Oppreßi: ſordes num conſectatus auaras,
Vnquam uenalis captaui munera Quæſtor?
Dicite. nunc etiam mecum nil tale manebit
Abſtruſum latebris: ſed reſtituetur apertè
Quidq; ſuo domino recidiuo iure remiſſum.

DEI OPT. MAX. EXPOSTVLATIO CVM IMPIIS HOMINIBVS, & iniquis iudicibus, de auaricia & sordibus eorum, & iustissimæ uindictæ intentatione, A' IOAN. LANGO VERSIBVS inclusa.

ESAIAE 5.

HAec Deus omnipotens diuino prodidit ore.
Præstolor, expecto, maturas cùm ferat uuas
Vinea lecta mihi, multoq; exculta labore.
Quid tibi, quod fieri decuit, non uinea factum?
Præstolor, expecto. Sedenim pro mitibus uuis,
Fert mihi degenerans labruscas uinea tristes.
Quid tibi'nam tandem faciam suprema merenti
Excidia, euentu quæ nos deludis inani,
Et spem frustraris quæ semper perfida nostram?
Auribus ergo tuis tua percipe, uinea, fata.
Hostes euertent sæui tua septa: superbis
In prædam cedes uictoribus: omnia perdes
Ornamenta tui decoris, direpta triumphans
Barbarus ad Scythicas prædo quæ transferet oras.
Sic igitur ferro hostili, uastataq; flammis,
Sic summis afflicta malis, sic sola iacebis:
Non modò uicinis populis, sed & hostibus ipsis
Comploranda tuis: spinosis obsita dumis

Horrebis,

Horrebis. non cultor erit, nec uinitor ullus,
Nec tibi fœcundus deſcendet cœlitus imber.
Iudicium dudum expecto cum legibus æquis:
Ecce autem fieri uideo nihil ordine recto,
Ius paßim dicit quæſitor auarus iniquum.
Iuſticiam reddi miſeris depoſco. Sed ecce
Triſtis ubiq; ſonat preſſæ querimonia plebis:
Clamor ubiq; fremit, gemitus, ſuſpiria, fletus.
Veh, pro muneribus qui iuſtificatis iniquum.
Iuſticiamq́; pij numerato uenditis auro,
Raptores ſæui, manifeſtis improbiores
Furibus. atroci nam ueſtra fraude bonorum
Iura mali rapiunt, rectorum præmia praui,
Iuſtorum iniuſti nomenq́; locumq́; reportant.
Ergo furor Domini populum ſuccēſus in omnem
Exundat, longè lateq́; incendia ſpargens.
Dextra potens in nos armis extenta coruſcis
Omnia uaſta facit, clades & cladibus auget,
Et ſtrages necdum ſolitas grauis ira remittit.
Nec magis hæc Solymis, quàm nobis dicta putato.

DE

DE CORRRVPTIS IVDICIIS, ET POENIS INDE IN REMPVBLIcam redundantibus: ex primo libro Georgicorum Hesiodi, Ecloga, à Ioan. Lango Latinè uersa.

Iura sequi præstat: minor est iniuria iure.
Exitus id probat, & sentit post uulnera stultus.
Ius nam iurandum, & sententia currit iniqua,
Iusticiæ & nutus, iudex quò traxerit illam.
Illa sequens hominum mores complorat, & urbes,
His mala multa ferens, densa circundata nube:
Illam qui eijciunt, & iura sinistra ministrant.
At qui iudicium externis & ciuibus æquum
Præstant, & sanctæ præscripto legis inhærent,
Vrbs horum & plebes floret, pax alma per agros
Et populosa uiget: non magnus Iuppiter illis
Prælia dura struit. Iusti stragemq; famemq;
Ignorant homines, conuiuia læta frequentant.
His uictum fert alma seges, fert montibus arbos
In summo glandem, in medio fragrantia mella,
Villosiq; greges lanæ sub fasce laborant.
Et similem coniunx prolem parit integra patri.
Iugibus hi pollent opibus: nec nauibus æquor
Scindunt, fœcundæ sed gaudent munere terræ.
At quibus est contrà uis atq; iniuria curæ,
Illis uindictam meritam Saturnius affert.
Sæpe uiri iniusti gens omnis crimina præstat,

Qui ius

Qui ius, dira patrans, cœptis peruertit iniquis.
Perniciem hisce grauem immittit, pestemq́; famemq́;
Iuppiter è cœlo: mortales intereunt, nec
Prolificant matres: gentis stirps deficit omnis
Consilio Iouis ætherei: qui sæpius illis
Vel populum bello multum, uel mœnia sternit,
Vel naues etiam pelago submergit in alto.
Discite iusticiam, quorum est ius dicere, Reges.
Nam Diui, qui sunt mixti mortalibus ægris,
Cernunt iudicijs alios quicunq; malignis
Prouida, diuexant, temnentes corda, superbi,
Vindictamq́; Dei. Telluris namq; patentis
Custodes hominum Diui uersantur in orbe
Innumeri, ius seruantes, scelerataq́; facta,
Nubeq́; contecti paßim loca cuncta peragrant.
Ipsaq́; IVSTICIA est uirgo Ioue nata supremo,
Quam magno summè uenerantur in æthere Diui.
Atq; illam si quis prauo uiolauerit ausu,
Confestim ad Patrem accurrens, considere iussa,
Peruersa queritur lacrymans de mente uirorum,
Qui ius deprauant consulta scelesta ferentes,
Iniusto ut populus noxam pro iudice pendat.
His ergo admoniti, ius æquum dicite Reges
Doniuori, obliti sceleris quæstusq́; nefandi.
Fraudem alijs tendens fraude ipsa innectitur autor,
Consilio & perit ipse suo consultor iniquus.
Quis neget hæc dictis correspondere prophetæ?

ELEGIA

ELEGIA SOLONIS, A DEMOSTHENE IN ORATIONE περὶ παραπρεσβείας contra Aeſchinem allegata: quibus rebus uel ſeruentur, uel perdantur urbes & regna.

A IOAN. LANGO LATInè uerſa.

Non metus eſt, noſtrā ne perdat Iuppiter urbē,
Vllá ue magnorum fata ſiniſtra Deûm:
Sic illam incolumem diſcrimine ſeruat ab omni,
Præſidioq; tenet caſta Minerua ſuo.
Cæcus auariciæ ſtudio ſua mœnia ciuis
Ipſemet, & patriam perdere ſtultus amat.
Hoc ut agant plebis rectores, nulla recuſant,
Tam mens eſt illis improba, ferre mala.
Delicijs nequeunt placidá ue quiete fruiſci,
Et menſa dapibus luxuriante ſuis.
Diuitijs omnes credunt nil turpe parandis:
Tantum nunc uulgò lucra pudenda ualent.
Publica priuatis miſcentur, ſacra profanis:
Non his, non illis parcit auara manus.
Congerimus, rapimus, fraudato uiuimus omnes:
Cura nec Aſtrææ mentibus ulla ſubit.
Illa tacens autem, uindictam infeſta minatur:
Quam nec quæ fiunt, facta nec antè latent.
Sic totam ſæuit contagio dira per urbem,

Quæ iam seruitij fert male sueta iugum.
Dißidium hinc ciuile, hinc bella iacentia surgunt,
Queis perit ante diem grata iuuenta malis.
Nam solet urbs miseros, cui sit discordia curæ,
Iniustis ciues lædere iudicijs.
Hæc mala publicitùs uersantur, nec tamen illis
Priuatim sentit quisq; minora domi.
Longinquas inopes uenum mittuntur ad oras,
Et precio addicti uincula fœda gerunt:
Nataliq; procul, lacrymis luctuq; perenni,
Inuisos ducunt à regione dies.
Vt limen clausis priuatum postibus obstet,
Sic tamen & subeunt publica damna fores:
Altos transiliunt muros, nec fugeris illa
Seu thalamus clausum, siue latebra tegat.
Cum leges soleant corruptaq; iura nocere,
Ciuibus hæc duxi commemoranda meis.
Omnia salua manent, ubi recta lege decenter,
Riteq; res geritur ordine quæq; suo:
Compedibus fraudes ubi constringuntur iniquæ,
Pœnaq; supplicio facta maligna premit.
Vrbem felicem, locus est ubi legibus æquis,
Et uires retinent iura sacrata suas.
Non illic luxus regnat, morés ue proterui:
Cuncta tenent recta cum ratione modum.
Publica res floret, tum noxia damna facessunt,
Et bona miratur crescere quisq; sua.

Iudicijs

Iudicijs fraus omnis abest, & facta superba,
Cumq; suis cessat factio dißidijs.
Cum rixis cedunt iræ: Sunt omnibus apta
Omnia, nec quidquam commoditate caret.

I nunc, & nobis isthæc cantata negato.

IN EANDEM SENTENTIAM Ioan. Langi Problema.

Dictio mortaleis auget monosyllaba curas:
Si medium teneat littera prima, leuat.
Aut hæc, aut illud totum sibi uendicat orbem:
Femina si neutrum uicerit, orbus erit.
Sin neutrum superet, redeunt sua commoda mundo:
Voxq; redit signis femina scripta tribus.
Matth. 5 *Vox homines quæ læta creat, uolucresq;, ferasq;,*
Vox adeò quæ nos numina sancta facit.
Nimirum Dea sancta, Dei quam munere nobis
Orantes petimus nocte dieq; dari.

FINIS.

BASILEE, ANNO SALVTIS M D LXI. Mense Ianuario.